



## **Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia**

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

**Raynaud, Théophile**

**Lugduni, 1665**

Sectio III. Symbola sacra, de causa finali & productiua Christi Domini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)



que probabilissima est, corporis Christi configurationem vi feminis materni divinitus elevari peractum esse, ac etiam corpus subitè perfectè organizationis animæ rationali fuisse coniunctum. Vnde exiti humanitatis, quam eodem temporis momento, plenissima miraculi coniunctio, per modis vinculorum productionem, cooperante instrumentaliter Dei patris divinitus facta, ad Verbi æterni suppositionem exivit, in sacrosanctæ Virginis vtero, cum primùm illa, assensum suum Angelo internuncio, præstitum voluit.

Opportunè verò, cum peruentum hoc loco sit ad  
concommunionem digni officij tam eximij, adhi-  
bebo hic monitum à S. Bernardo propositum ferm. 3.  
de maiestate. Dom. in finem, quo vñs totius huius do-  
ctrine continetur. [Obsecro vos dilectissimi, conside-  
rate diligentijs quantum fecerit Deus pro vestra  
exhortatione & salute, ne infructuosus inueniatur in  
vobis sermo tam vñus & efficax, sermo fidelis, &  
omni acceptione dignus, sermo non tam oris quàm  
operis. Patitis fratres, parum m. hi molestum esse, si  
hic ipsum Verbum quod nunc loquor ad vos va-  
cuet & sine aliqua vilitate deperire in cordibus ve-  
stris non possit:] Et quis sum ego, aut quis est hic sermo  
meus? Si hunc tantillum vocis laborem inutrem esse  
deberet domus passulus, imò & nihil; quàm iustius in-  
dignabitur Dominus maiestatis, si tantam eius ope-  
ram nostra aut ducticia aut infidelis gentia contingat ena-  
cuerit? Auerat hoc à Ierusalem suis, qui pro eorum sa-  
lute induere dignatus est formam serui, vñgenitus  
Dni Paris, qui est super omnia Deus-benedictus in  
secula. Amen.

S E C T I O   I I I .

*Symbola sacra, de causa finali & productiva  
Christi Domini.*

Quod circa Christi substantiam superius fecimus, quod Scholasticæ de ea dicta fuerant exornantes sacris symbolis ac emblematis, ad amoenitatem aliquam traditioni Scholasticæ conciliandam; hoc item loco præfandum videtur, fed parèe & delectu habito. Quare ex innumeris huiusmodi expressivionibus, quibus finis adveniens Christi eiusque productio, in Scripturis vel apud Patres adumbratur, feligam nonnullas hinc infuso accommodatas.

C A P V T I.

*Panis, Symbolum finis & effectiois Christi Domini.*

28. Vexabit othem terrarum vniuersum fames, qualem nullam omnes retro historiae addece atrocem vel horrendam prodiderunt, quamuis multiplex re feratur & terribima. Nam 4. Reg. 6. Benadad, Syro confidens Samariam, facta est fames magna, donec remoueretur caput asini octoginta argenteis, & quatuor pars cabi theoreti columbarum, quinque argentei. Ibidem coniegit trulentonum factum, manis quæ ex pacto cum vicinis, natum suum coxit, & sumptum cum eain cibum: quo consumpro, vigere trulentonum conuicium cepit, ad apparandas vii pepigerat ex nati carnibus similes epulas, ad quas fames terribissima adegerat. Horrendam cibationem alterius matris, ex filij carnibus, præ acerbissima fame, rem perunt Hierosolymitanæ obsidionis, descibunt Iosephus lib. 7. belli cap. 7. & 8. ac Egesippus lib. 5. cap. 39. & 40. que apud Hieremiam in Threnis leguntur.

*Theoph. Raynaldi Chrisost.*

de manibus mulierum misericordium coquentium  
filios suos, & parulos suos ad mensuram palmæ  
comedentium, itemque de parulis in sinu matrum præ  
fame deficientibus, & exhalantibus animas; ac de-  
nique de pelle omnium exusta quasi cibano à facie  
tempetarum famis; hæc inquam omnia, tristissi-  
mam inaudita teterrimæque famis præferunt speciem.  
Nec procul ab eo horrore absunt que Euse-  
bius lib. 9. cap. 7. de fame sub Maximino orta scribit;  
Et que habet Zonaras 6. annal. de fame Honorio im-  
perante excitata; cum audita est in Cipro vox illa hor-  
renda, ad ipsum Honotium directâ, *pone præsum carnis  
humanae*. Quàm dira item fames viderit Placentinos  
& Romanos, obsidente urbem Totila, videndus Pro-  
copius lib. 3. de bello Gothico; apud quem lib. 11  
sub Iustiniano per tempus belli Gothici in Piceno, 60.  
hominum millia fame consumpta producur.

*Fames orbis uniuersi, omnium dirissima.*

286. Hæc omnia tametsi dira & horrenda, nihil ad famem quæ per annorum milia quinque, non vnam aliquam provinciam, certosve in ea mortales, sed orbem vniuersum nemine incommotis subduco vexauit, eod tetricius, quod animas ipsas à materie concreta libera corripere, & æterna tæbe mulctaret; eoq; remotius à remedio, quod panis quo sedanda esset hæc fames, in terra inuenti & confici non poterat. Suspirabant præ fame hæc; ad eam diuinis fuppiditandam; antiqui Patres, incensis in cælum oculis, velut aquilæ. De eis quippe S. Gregorius 9. Mor. cap. 23. accipit illud Iobi 9. *Sicut aquila volans ad esum*. Prospectantes enim eam hæc aquilæ, vti eiusdem Iobi cap. 39. legitur, ad eam saluauerunt, & votis ardentissimis, vt tandem demitteretur, fameq; rabida vniuersum orbem opprimens depelleretur, expectauerunt.

Miseratus tandem Deus famem vniuersi orbis, panem quo aleretur, & fames sedaretur, submisit. In quam rem pulchrè, vt æui illius ferebat poësis, Petrus Blesen. carmine de Euchar. cap. 2.

*Verbi dira fames, homines aliquando premebat,*

*Esuriens nec homo quod manducaret, habebat.*

*Angelicus panis de coelis venit ad ima.*

Cum iam iam mundum succideret ultima lima.

*Qui nostræ carnis palca, sua numina velo*

*Innotuit mundo Deitatis signa reuelans.*

*Noluit ergo suum pium amor plasma perire*

*Descendens, ut homo sua posset ad astra redire.*

*Totus corruerat homo, totus erat labefactus,*

An alludit ad illud Prophetæ, cum panibus occurrere fugienti? id est: pereunti.

*De Christo pane ad eam sedendam dato loca ve-  
teris instrumenti.*

Is panis est Christus Dominus, quod veteris no-  
uique instrumenti testimoniis illustrare, & ratione  
etiam confirmare non erit operosum. Nihil enim  
adeo per vniuersum scripturarum ambitum vides  
reperitum, quàm quod [ sermo caro factus, ] ve  
est apud Tertullianum lib. de resurrectione cap. 37.  
[ panis noster sit, in causam vite appetendus, & de-  
vorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide  
digerendus. ] Illustratissimus est in hanc rem ex anti-  
quo instrumento locus Hieremie 11. quo prænu-  
nciatur maligna Iudeorum in Christum conspiratio,  
verbis illis concepta. *Venite, mittamus lignum in panem*



eius, & eradamus eum de terra viventium. Quo loco, panis pro corpore & humanitate crucifixa, aperte sumitur. [Lignum (inquit, cum locum glossans Lactantius lib. 4. cap. 18.) crucem significat, & panis corpus eius, quia ipse est cibus & vita hominum qui credunt in carnem quam portauit, & in crucem in qua pependit.] Et S. Gregorius 12. Mor. cap. 3. [Lignum in panem mittere, & Dominico corpori crucem adhibere.] Sed frequenter Tertullianus eo ipso sensu panem accepit in illo Hieremie loco. Nam lib. contra Iudæos cap. 10. [Vtique, (inquit prolato eo textu,) in corpus eius lignum missum est. Sic enim Christus reuelauit, panem corpus suum appellans, cuius tetro corpus Propheta in pane figurauit.] Eadem prope verba habet lib. 3. in Marcio. cap. 19. & lib. 4. cap. 40. [Si propterea (inquit) panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis, ut panis crucifigeretur. Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens veterem fuisse istam figuram corporis Christi dicentis per Hieremiam, *Aduersus me cogitauerunt cogitatum, dicentes: Venite conijciamus lignum in panem eius, scilicet Crucem in corpus eius*: Itaque illuminator antiquitatum, quid tunc voluerit significasse panem, satis declarauit, corpus suum vocans panem.

287. Adeo autem apertus visus est in hanc rem ipsimet Iudæis hic Hieremie locus, ut scribat Iulianus agens cum Tryphone, incredulos Iudæos non ita multo ante quam ipse ea scriberet, erasisse hunc Hieremie locum: nec defuisse tunc exemplaria integra in quibusdam Iudæorum Synagogis, malignitati præeidenti attestantia. Et quamuis non desint ex Catholicis, qui aliorum quam ad Christi corpus flectant panem de quo in hoc Hieremie loco agitur, & vel de vero pane materiali, admissione veneni ac toxici inficiendo, vel immisione ligni veneniferi imbuendo ad certam mortem edenti inferendam; vel proverbialiter de eodem in facie lignum commutando, indeque cibando Christo; id est ibi suspendendo, interpretentur: Tamen apud nos, longe pluris est autoritas tam multorum Patrum, qui panem ibi, pro corpore Christi acceperunt; ita ut idem fuerit *mittamus lignum in panem eius*, ac si per hypallagen dictum fuisset, *affigamus corpus eius ligno*: vel *mittamus corpus eius in crucem*. Viginti è Patrum proceribus, in hanc interpretationem appendit Ghislerius ad eum Hieremie textum.

Apud Osæ, c. 1. Christus, (ipse enim loquitur,) nutrimentum se nostrum fore spondet, & ad nos declinaturum ut vescamur; eoque consilio exaltaturum se iugum super maxillas nostras. Quod enim bubus faciendum est ut vescantur cibo suo tranquille, hoc nobis qui in beata transferamus, præstitum est à Verbo Dei seipsum nobis apponente panem viuum, scilicet specie, propter brutalitatem per nos contractam. De quo pulchre autor sermonis cuiusdam de cæna Domini apud Bernardum. Sic enim habet: post descriptam hominis felicitatem. [Repentina igitur conuersione, seipsum inuenit homo propter infirmitatem iacentem in stabulo: Stabulum quid est? Mundus est. Is propter pecorinam similitudinem indigenis erat feno. Et propterea cibus celestis mutauit se in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. Panis enim Angelorum, factus est fenum: vnicus patris, filius hominis: Verbum quippe caro factum est. Et iuxta Prophetam; *Omnis caro fenum*. Comedunt igitur Angeli Verbum de Deo natum, comedant homines Verbum, fenum factum. Pane suo viuunt Angeli in cælis, & beati sunt; feno suo viuunt homines in terris,

& sancti sunt. Fenum quippe istud de prato Virginis vteri collectum est refectio iumentorum; Verbum ut fenum fieret, latuit in Virgine, Sol in sydere, artifex in opere. Hoc autem liberalioris excellentia donum contulit nobis primo in loco, sacrosancta Verbi patris incarnatio.]

288. Est insignis locus apud Esaiam cap. 3. vbi pro vite innocentia spondetur habitatio in excelsis, & in munimentis saxorum; itemque suppedicatio panis & aquarum fidelium: Quod S. Gregorius 23. Mor. c. 25. refert ad gratiam doni Spiritualis, quæ pijs & à malo declinantibus bonumque facientibus communicatur: quo etiam accommodat illud Psal. 131. *Pauperes eius, saturabo panibus*. A sancto autem Iustino, in colloquio cum Tryphone, refertur ad panem Eucharisticum, quem sensum pulcherrime confirmat Tertullianus lib. 2. de Eucharistia cap. 32. Quæ interpretationes piæ sunt ac probabiles, sed extra rem presentem. At S. Cyrillus in eum locum, simpliciter accipit de pane vite, qui Christus est: cuiusmodi panis rationem (ut mox dicam,) non habet tantum Christus ratione Eucharistiæ, sed etiam prout per incarnationem est panis noster. Nec est alienus ab hac illius loci expositione Iustinus. Nam panem datum habitanti in spelunca petreæ fortis, (ut iuxta 70. loquitur ibi Esaias,) id est in Ecclesia, quæ Christi petreæ fortis est habitaculum: exponit Iustinus primo loco, ut idem sit quod lapis abscissus de monte sine manibus: quod manifestè spectat ad Christum ut incarnatum. Quamvis autem mox addat Iustinus eum Isaia panem, valere quoque de pane quem Christus tradidit in commemorationem humanitatis suæ, *Tæ opuatissimos d'vtr*, qui quidem panis est Eucharistia, tamen hic sensus probè coherere potest cum prior, nec illum excludere: præsertim cum Eucharistia sit corporatio- nis Verbi commemoratio, ut hic affirmat Iustinus; perque eam, ut dixit S. Chrysostomus hom. 60. ad pop. Christus se vnicuique nostrum commiscendo, rursus nobis persuadat, quod carnem nostram assumpserit. Ut meritis proinde Rupertus lib. 2. de offic. cap. 21. vocet Eucharistiam *reparationem incarnationis quoad nos*. Sed de ea analogia assumptæ per Verbum humanitatis, & coniuncti nobiscum Christi per Eucharistiam, alibi agendum est, & videri potest qui eam optimè prosequitur S. Anselmus l. de Sacramento altaris p. 1. à cap. 3.

#### Christi panis, veteres typi.

289. Spectant ad hunc ordinem, veteres quidam typi, quibus Christus panis specie adumbratus est. Sic enim Gedeon victor, panis hordeacei subineritij in castra Madian deuoluti, & omnia funditis subuer- tentis imagine, expressus Iudic. 7. ab ipso Isaia cap. 9. affectus ut typus Christi, superantis exactorem & iugum humeri eius exortientis, sicut in die Madian. Et ipsum Gedeonis nomen, firmat Christi cum eo per panem expulso analogiam. [Gedeon namque (ait S. Gregorius 30. Mor. 3.) interpretatur *circumiens in vtero*. Dominus enim noster, per maiestatis potentiam omnia complectitur, & tamen per dispensationis gratiam, intra vterum Virginis humanitatem sumens, venit. Quis est ergo circumiens in vtero, nisi omnipotens Deus, sua dispensatione nos redimens, diuinitate cuncta complectens, & humanitatem intra vterum sumens? In quo vtero, & incarnatus est, & clausus non est: quia & intra vterum fuit per infirmitatis substantiam, & extra mundum per potentiam maiestatis.] In eandem sententiam Petrus Damiani serm. 68. tractans eum Gedeonis subineritium panem, ex hordeo, volutatum & dissiluantem castra Madiani



Madian; sic habet. Per Gedeon, qui non circuitus sed  
 circuitus in vtero dicitur, ille merito designatur, qui  
 deo virginali clauderetur in alio, totam mundi machi-  
 nam iuxta circuitu dabat, ac disponebat imperio. Per  
 Madian autem, qui de iudicio interpretatur, per  
 patet infidelis accipitur, de quo Dominus ait: *Qui  
 non credit, iam iudicatus est*. Porro autem vsque ad Sal-  
 uatoris aduentum, more hordei sub paleis litora-  
 rum, & legis precepta, & Prophetarum regebantur  
 oracula; sed postquam ille veniens, panes hordeaceos  
 fregit, dediditque Discipulis, vt turbis apponerent; cuius  
 etiam operis expolitio est, quod Euangelista dicit: *Quo-  
 nam operis illius sensum, vt intelligeret Scripturas, iam ex  
 hordeo, quod Britis videbatur animalibus congrue  
 repositum facere dignatus est animarum*. Sicut enim  
 hanc, inter molam vtramque contritur, vt ad  
 farinam faragine cantabrum feceratur: ita velut inter  
 denos, legis licet, & Euangelij lapides, sanctæ Ec-  
 clesiæ doctrina commolitur, vt literæ superficies à  
 mentali Spiritus discernatur. Sed vt in his verbis non  
 deest inmorem, hæc hordei farina, sacri bap-  
 tismi aqua conferta, sive conferta, & Sancti Spiritus  
 igne percolata, fit panis, qui videlicet Madian castra  
 subruit, qui cunctas infidelium machinas destruit.  
 Hic panis, iuxta veteri illius interpretis coniecturam;  
 Gedeonis est gladius; qui sicut Apostolus ait: *Gladius  
 Spiritus, est Verbum Dei.*

Sci & inter alios inligentes Christi & Iosephi Pa-  
trarchæ contentenantes, quas plurimi promulerunt, no-  
minatimque S. Ambrosius l. de Ioseph. cap. 3. Prosper  
l. de promiss. l. cap. 25. ad 31. Guericus Abbas Ier-  
monie l. de refecturæ. Dom. & inio ac diligenter S.  
Epiphanius in Iosephi laudatione, *initio*, ea est preclara,  
quod Prosper p. illa l. operis de promiss. cap. 29. an-  
ticipat; neque quod vt Ioseph fratris suppediuit  
torem, sic & Christus : cum ea tamen differentia,  
quod Ioseph alius erat à pane quem prouidebat; no-  
stet autem Ioseph, Christus Dominus, ex horreis suis,  
etiam nobis fii corporis annonam administat. Pa-  
nes fieriunt, fuisse Christi symbolum, alibi diximus  
et S. Cyrillus. Hoc est firmamentum panis in terra, in  
firmam mentem, cuius fructus super libanum elatus  
est, vnde factum est, vt de ciuitate florenter vt fenum  
tore, iuxta Plauti prænuentionem de Christo Verbo  
Dei carne obducto.

390. *Panes primitarium, tamen duo etant, vnum  
vnum Christum expresse, pulcherrime persequitur  
Panes Cellensis l. de panibus cap. 7. [ Dominica (in-  
quit) dispensationem incarnationem, per Spiritum  
sanctum in vtero Virginis adimpletam, obumbrata  
legitator, com diceret; Panes primitarium duos, de qua-  
tuor decimis similia, conuocans in primis Dominum. Qui  
etiam sunt panes primitarium duo, de duabus decimis si-  
milibus fermentis; nisi duo puræ & perfectæ naturæ, in  
vna persona Christi Iesu inseparabiliter coniunctæ; Fer-  
mentum enim hic, non coagulum corruptionis, sed  
operationem significat inseparabilis vnitatis. Hi co-  
quuntur in primis Domini; quia Dei & hominis  
eandem personam, in vtraque naturarum suarum com-  
municatam, primogenitus siue primitiæ dormitientium,  
ab Ecclesiâ Catholica appellatur & creditur. In natu-  
ra quidem diuinitatis; ante omnia natus est de Patre;  
In natura vero humanitatis, in fine seculorum editus  
ex Virgine. In eisdem cerè Virgine clibano, co-  
cti sunt panes isti, quia Verbum & caro sic fuerunt  
ab inuicem coniuncti in vtero Virginali in vna  
eandemque vnitæ personæ, vt vltra non diceretur se-  
paratum homo, vel Deus; sed diceretur vna persona,  
inseparabiliter, homo Deus. Et duo quidem sunt pa-  
nes, secundum Moysen, propter inconuertibilita-  
tem naturarum, nam siue consensione manserunt; &  
aliud habet principium de Principio. Sine tamen*

Tacoph. Rayn. Christus.

principio, natura diuinitatis; vtique Patrem : & aliud principium felicitet cum principio exsistendi; natura humanitatis, vtique Virginem. Nihilominus vnus panis est; propter vnā eandemque personam; iuxta Apostolum qui ait; *Vnus panis, vnum corpus, multi sumus in Christo*. Sed quare Moyses duos, Paulus, vnum vocat panem Christum? Salua fide & auctoritate maiorum, potest dici, ( vt mihi videtur, ) quia in tempore *Moyses, ipse nondum factus fuerat incarnatus Christi*; & ideoque, quasi duo panes erant illa duae naturae: quarum vna in maiestate sua & Patris exsistens, altera, nondum in propria essentia apparens; praedestinatione quidem sola coniungebatur; nondum autem assumptione vel vnione. Tempore vero Paulij est, gratiae ( nam post Ascensionem Domini vocatus est, ) assumptione hominis à Verbo; iam celebrata; vna eademque persona Christi, ex duabus & in duabus naturis ( diuina scilicet & humana, ) subsistens, praedicatione Apostolica excellens. Vnde, non immerito Paulus ad personam attendens, vnum dicit; Moyses, duas naturas intuens, duos panes nominat: Ille personam non diuidens, iste naturas non confundens.

Potest etiam huc referri, quod locus in quo Christus nasciturus erat, prædocente spiritu sancto, Bethleem, id est *domus panis*, est appellatus. In quam rem suavissimè philosophatur S. Bernardus serm. ad milites templi cap. 6

*De Christo pane, loca noui Testamenti.*

29. 1. In nouo testamento, locus illustrissimus de Christo pane habetur Ioan. 6. Non me laetet diffidum Doctorem circa panem de quo eo capite agitur. Quidam enim contendunt, omnino agi eo capite de Christo pane prout est in Eucharistia, quod definitum esse in Concilio Ephesino, vt Sanctissus repetit 6. cap. 5. & 6. potestque etiam adduci Tridentinum, quod sess. 1. 3. cap. 2. verba illa *qui manducat me & ex eo 6. capite petita*, exposit de Eucharistia: de qua, agi eo capite, latè confirmant Ribera, Maldonatus Pererius, Toletus ibi, Sandersus lib. de eo sexto capite, Bellar. lib. 1. de Eucharistia & cap. 5. Alanus lib. de Eucharistia cap. 3. 1. Tertia lib. 1. de Eucharistia cap. 1. 2. Valquez 2. p. disp. 1. 79. cap. 4. Suarez tom. 3. p. 3. cap. 4. 6. sect. 2. Alij vero negant agi eo capite de pane Eucharistico, sed affirmant, agi tantum de Verbo incarnato, quod est panis animorum. Ita Armacarius lib. 9. de qq. Armenorum cap. 8. Hefelius in assertione veritatis Eucharistiae, Iansf. cap. 59. concor. Caietanus Ioan. 6. qui maxime in sententia firmatur, quod eam commodam putent ad declinandum argumentum quod ex eo 6. capite peti videretur pro necessitate communionis laicorum sub vtraque specie, si illud caput de pane Eucharistico exponeretur. Mihi, vt certum planè apparet, agi eo capite de Eucharistia, ita quod plerique è prioribus Auctoribus notantur, primò agi de Christo per incarnationem pane nostro, perspicuum videtur Agebat enim Christus Dominus ad plebem panum miraculo excitam, de pane materiali & corporeo. Inde per more suo ad panem spiritualem adrepsit, & sicut Ioan. 4. occasione sensibilis aquae, sermonem transulit ad aquam viuam ita hic occasione panis corporalis, cepit agere de spiritali animorum pane, quem duplicem proposuit. Nempe primò seipsum quatenus Verbum incarnatum & fide viuam manducandum, dicens; *Ego sum panis vitae, qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet in aeternum.* E de Christo tali cibo, ait ibi August. tract. 25. [Vt quid paras dentem & ventrem; crede & manducasti] Euseb. l. 3. de Eccles. Theolog. contra Marcellum Ancy. c. 1 2. hunc locum Euangelij, contra distortum

F f 3

Marcelli

F f 3

Marcelli

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



Marcelli interpretationem late scrutatus, panem & porum carnemque & sanguinem, de quibus Christus ibi disserit, ait esse ipsos Christi sermones, quos fideles sumunt, aut gloriuntur: quod quantum ad rem presentem attinet, eodem recidit quo panis ille primus à Christo propositus iuxta D. Augustinum. Secundò vterius per eandem occasionem proponit Christus seipsum, ut dandum aliquando sub specie panis in Eucharistiam mirum cum ait, *caro mea verè est cibus*. Et panis quem dabo, (en dabo) *caro mea est*. Si enim de se tantum ut fidei obiecto loqueretur, toto eo capite, non diceret quem dabo. Igitur Christus Dominus eo loco, ita de se ut in Eucharistia dando in cibum sensibilem disserit, ut tamen de se quoque ut per incarnationem vero animorum panem, nonnulla præmiserit.

292. Non pauci Patrum, ad Christum referunt petitionem illam orationis Dominicæ, *panem nostrum quotidianum, da nobis hodie*. Putant enim nos edoctos non fuisse, petere tantum materiale panem, sed *spiritualem* ut habet vox Græca, respondens Hebrææ voci *segula*, quam 70. interpretes frequenter vertunt, Symmachus solet interpretari *ἐξῆμαρτον* id est, *egregium, præcipuum, exquisitum*: quam interpretationem vocis in Dominicæ precatione adhibita, commendat S. Hieronymus in c. 6. Matth. & in cap. 1. ad Titum, circa illa verba, *populum acceptabilem*. Liqueat autem, eam cadere non posse in panem hunc materiale, qui tanti non est, nec debet peti exquisitus aut supersubstantialis, ut plerique vertunt vocem Græcam *ἐξῆμαρτον*, eo quod hic panis ut notat D. Hieronymus, sic super universas substantias. Itaque ut rectè tradit Tertull. l. de orat. c. 6. [Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Spiritualiter potius intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, & vita panis. Ego sum, inquit, panis vite. Et paulo supra: *Panis est sermo Dei vini, qui descendit de calice*. Tum quod & corpus eius in pane censeatur; *Hoc est corpus meum*. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & individuitatem à corpore eius.] Perspicuum est ex particula copulativa, qua probationem tertiam suæ interpretationis orditur dicens, *Tum quod &*, Tertullianum in anterioribus & posterioribus verbis, agere de Christo pane extra Eucharistiam; & velle, sensum petitionis esse, ut detur nobis coniunctio cum Christo, eiusque tamquam vere cæcæ nostræ fruitio. Quare interpretatio panis petiti, de Christo pane animarum, etiam extra Eucharistiam, probabilis & idonea est, cum sit Patrum plurimorum ut Marij Victorini lib. 1. contra Arium, Rustici Diaconi l. contra Acephalos & aliorum quos appendunt Dur. lib. 2. de ritibus cap. 46. à num. 61. & interpretes Matth. 6. Cur autem hic panis dicatur *quotidianus*, Græcè *ἐξῆμαρτον*, præter ea quæ de huiusmodi voce eruditè ibi protulit Maldonatus, addenda est perelegans observatio Caninij l. de locis novi testamenti c. ultimo, qui secutus S. Hieronymum id referentem ex Evangelio Hebræorum, demonstrat Græcam vocem, respondere Hebrææ quæ idem significet quod *crassinum*: ut proinde petamus *panem crassinum*, siue *panem possiditæ*, novata enim voce *ἀρὶ τῆς ἐσθίας*, quod Græci nullum habent nomen quo vox illa Hebræa adiectiva exprimeretur, vocavit, *ἐσθιαστικόν* panem, id est panem crassini dici. Fit autem allusio ad panem de celo, siue manna, cuius copia fiebat in parasæne, ut Sabatho esset unde viverent Hebræi. Ut ergo doceremur instare Sabathum, nosque esse in perpetua parasæne ad vitam æternam, petimus, Christum panem Sabathi, & panem vitæ futuræ, nobis concedi. Alia pleraque monitiona loca, quibus Christus etiam extra Eucharistiam, panis dicitur, piget accumulare, cum sint præcissima.

*Christum panem denominandi, rationes variae ex Patribus.*

293. Rationes eiusdem denominationis, suppetunt complures. In primis, panis cum sit primum alimentum & vitæ sustentandæ adminiculum præcipuum, est figura vitæ, ut ait S. Cyrillus lib. 15. de ador. (384) Esse autem Christum vitam, implet profectus est. In quam rationem tenuit secunda qua Christus panis dicitur, quia est cibus animarum. Eam sic proponit, & alia subtiliore roborat Isido. Pelus. lib. 1. epist. 360. [Panis Dominus appellatus est, ipsemet sibi hoc nomen imponens; si sensum eum, qui prima fronte se offert, spectes, quia salutaris cibus omnibus exitit: si autem abditum & arcanum, quia humanæ conspectus fermentationis copulavit ac perpugavit, atque divinitatis suæ igne velut excoxit, atque unâ cum eo persona, atque una adoranda hypostasis factus est.] Esse Christum panem, quia cibatur, non est ad homines attendendum, iuxta Fulgentium, cuius illa sunt serm. de dupl. nativitate. [Dies æternitatis, Christus Deus, de Deo Patre: Christus in die temporis Deus homo, de Virgine matre. Christus dies æternus, Verbum erectum de corde Patris: Christus in die temporis, Verbum caro factum, de vero Virginis matris. Christus dies æternus, Deus verus de Deo vero: Christus in die temporis, sponsus procedens de thalamo suo: Dies æternitatis, Christus, Angelos sanctos creans. Dies in tempore Christus homines salvans. Dies æternitatis Christus in celo sanctos Angelos pascens. Dies temporis Christus, homines in terra reficiens. Ut enim panem Angelorum manducaret homo, Creator Angelorum factus est homo, utroque pascens, & integer permanens. Quam bonus panis, qui & Angelos pascit per spem ut de ipso faciantur in patriâ, & nos pascit per fidem, ne deficiamus in vita] Ille panis, qui seipsum dat Angelis, gaudium stabilitatis, seipsum dedit hominibus, ad remedium sanitatis, & qui est Angelorum esca, nobis factus est medicina.]

Tertia ratio cur Christus dictus sit panis, suggeritur à Clemente Alexandrino l. 1. pedagog. cap. 6. his verbis. [Panis notandum est mysterium, quod ipsum dicar carnem, ut quæ per ignem resurgat: quemadmodum ex corruptione & latrone frumentum resurgit; atque adeo quæ etiam per ignem consistat, in gaudium Ecclesiæ; ut panis qui pinfitur.] Idem ex transito panis in corpus nostrum, confirmat Nyssenus in orat. Carechet. cap. 37. [qui panem videt, (inquit,) humanum corpus videt quodammodo, quod cum ille in eo fuerit, hoc fit.] Innat verò, ut hæc ratio liquidius deprehendatur, & quod Clemens subobscurè dixit, perspicatur à peritius, recolere quod in Scalas à visibili creatura ad Deum gradu 9. ex Meletio alijsque notavi, de naturali in nobis molendino, & alveo pistorio, ac clibano. Eodem namque proportionaliter modo, panis apratur ut in nostram carnem vertatur, quo granum ut fiat panis edulis. Sicut enim granum subijcitur molis duabus, perque eas attritum & in farinam comminutum, adhibita aqua, transit in massam, quæ pinfitur & clibano immittitur; ita panis molis duabus, maxillis inquam & molentibus in eis, (sic enim dentes vocantur Ecclesiasticis 12.) subigendus committitur; tum ad alveum stomachi affuso potu deijcitur, tandemque hepatis & adiunctarum partium calore veluti furno coquitur, (ut propterea clibanorum artificum inde peritum tradat Possidonius apud Senecam epist. 90.) & tum demum in carnem transit.

Merito igitur corporis nostri ac carnis symbolum habetur panis, ac proinde Verbum caro factum, & corpore nostro obiectum, non abs re panis appellatur. Eius micas esse dogmata fidei de Christo, notat S. Ambrosius, lib. 8. in Lucam ad illud *cupiens saturari de micis*,  
vbi



ubi etiam dixerat ait, Christum Dei Verbum, esse pa-  
nem illum. Accedit ipsa panis structura, quæ aptissima  
est ad exhibendum Christum, cuiusque compositio-  
nem quæ audi Hombertum Episcopum Sylvæ can-  
didæ l. contra calumnias Michaelis. [Romana & Oc-  
cidentalis Ecclesia,] à ministris sacri altaris in secretario  
consecrat offer azymum, quod ex grano fermenti &  
hospis Lymphæ per ignem fuerit præparatum; signi-  
ficatus est in vna mediator Dei & hominum, hominis  
Dei Iesu Christi, personæ, res perfectæ credere, & ve-  
nerari substantias: humanam scilicet carnem, animam  
rationalem, & Verbum Dei, Deum. Et granum qui-  
dam assimilari cani, quam de sola Virginis carne,  
quali ex grano matris terre, sola vitæ cœlesti, non  
autem aliqua commixtione virili factum, omnipotens  
deus animavit. Priorem substantiam, id est ani-  
mam, quasi equum præclaram & nobilem, e infan-  
tibus, quasi gemmas substantias, ab ipsius Virginis  
conceptionis æordio, Verbum Dei ritè suscepit, &  
medante suæ divinitatis calore, tamquam igne, sibi  
confluxit, & consolidavit.]

*in eandem rem Christiani ritus antiqui, & Latini-  
norum, & Græcorum.*

294. Et huc crediderim respexisse, crebrum olim  
viam panis in Christianæ communicationis Symbo-  
lum; cum in publicis, tum in privatis inter amicos  
elegit. Irenæus enim philoplati videtur, qui con-  
stanti panis compactione ex pluribus granis in facinam  
commixtus, et aquæ interitū commisit, non aliud  
quàm concordiæ & benevolentia Symbolum, in eo  
munere agnouerunt. Eo autem sensu non excluso, fu-  
bilis cogitabimus, si vivos in Christum semper in-  
tendens, panem tanquam Christi conveniensissimum  
Symbolum adhibuisse, arbitremur : & ex ea vni-  
one quæ Verbum corpori nexum est, & caro factum, opti-  
mè per panem adumbrata, invitatos dicamus ad vni-  
onem & charitatem eos quos tali munere donabant.  
Sic S. Germanus Antissiodorensis Episcopus, Rauenar-  
episcopis, cum à Placidia Augusta paropidem auream  
exquiritissimis dapibus refertam accepisset, remisit ad  
eam in lignea sorella panem hordeaceum. Similiter  
S. Paulinus Epistola 46. Romaniano quinque panes  
modis de bucellato (vvait) Christianæ expeditionis, in  
tunc prociuit quodidæ ad frugalitatis annonam in-  
licitus. Plura ex eo loca annotat Rosiedius ad epist.  
41. Eisdem S. Paulino S. Augustinus epist. 34. panem si-  
militer destinat, munus sacrum. Benè multa in eam  
sententiam colligit Steph. Durantius lib. 2. de ritibus  
c. vitimo; & Baro, anno 3 ; 3. ad finem. Ipsa sanè præ-  
fata benedictio panis, quæ apud Burchardum  
legitur lib. 5. cap. 28. demonstrat quod respiceret ea pa-  
nis benedictio & missio. Nam in ea formula, inter-  
pellatur Pater per Christum, panem vitæ qui de cælo  
descendit, & dat vitam & salutem mundo.

191. Iohar, hinc ritui duo alios eodem facientes ad-  
iungere; alterum ex S. Dionysio cap... Eccles. Hierar.  
ubi primum describit sacrificium Christiani Anticristi,  
post praeissam ad Deum exultationem & contesta-  
tionem, quod non nisi iussu eius capessens, ad tantum  
opus aggregatur, [Venerandissima (inquit S. Diony-  
sius) mystica consummat, & laudata oculis subici-  
tis, in signis sancte propolitis. Sanè opertum panem &  
individuum aperit, in flusla concidens, & singularem  
calicem omnibus impartiens, vitatècum signanter mul-  
tiplicat atque distribuit: inque his consummat celest.  
secretum lesa diuini Verbi nostræ humanitatis assump-  
tionè ad consummatum atque visibile sine immutatione  
sui, per summam clementiam benignitatemque  
proccellit; Societatemque nostram, qua libi iungera-

mur, beneficentissimè excogitant, nostra humilia diuinis suis excellentiis iungens; Si quidem, & nos illi tamquam membra corpori congruamus, & per vitæ sinceræ ac diuinæ similitudinem compaginemur: ne corruptumque mortificati vitæ ad diuinæ & sanctissimæ membra incongrui efficiamur, vt qui harere, ac demque vitæ viuere nequaquam valeremus. Oportet enim nos, si ad illius alipramus [societatem], diuinam ipsius in carne vitam intueri assidue, sanctamque ipsius impeccantiam imitando, pro viribus ad sacrationem habitum exactissimamque recurrere intelligentiam: ita enim conuenienter nobis Societatem ad simile confortium largietur. Ita hic quæ mysticè sunt, Pontifex signat, dum opera munera in apertum ducit, iporumque vnitatem in plurima diuidit: & perfectæ Sacramentorum sic distributorum, ad ea in quibus sunt infusio, focos oritur, illos qui ea præceperint, efficit. Describit enim in his, sermē sensibilibus in confectum dans, Christum Iesum, nostram spiritalem, (vr in imaginibus) vitam, ex diuinitatis occulto (perfectæ & inconfusæ nostræ mortalitatis assumptione), clementissimè proprietatē ex nobis accepisse, atque ad diuisibile nostrum, sine imputatione sui, ex vnitatē naturali processisse, perque hanc beneficem clementiam, ad participationem sui suorumque bonorum, inuitare genus humanum, si tamen ipsius sacratissimæ inferatur vitæ, ipsam quantum fas imitando, sique veraciter confortes Dei, diuinorumque participes efficiamur.] Manifestissimè refert S. Dionysius, ritum sacri panis, ad Incarnationis expressionem.

296. Eft & alius Græcorum ritus, Chriflum fignificans per panem non confecratum, fed in honorem Chrifti feipofitum, quem ex Græcorum Horologio, titulo de exaltatione *Panagia*, quomodo facta fit, & quare, placet exhibere, paucis etiam adfcriptis quæ ad Chriflum non pertinent, fed ad Deiparam; vt *Panagia* nomen, de quo Caluianius Crotopalatæ Scholiaſtes meras fabulas obtrufit, perpicitur. Ita ergo habet horologium [ Poſt Senatoris noſtri tremendam Refurrectionem, & Spiritus ſancti deſcenſum, vſque ad diuiſionem Apoſtolorum prædicationi cauſa, verfabantur ſimul omnes Apoſtoli concordibus animis; & cum poſt ortum menſæ accumberent, relicto vacuo loco, in eo puluinat ponebant, & ſuper puluinat partem panis, ex quo comedeabant vice & loco Chrifti, ſumpto autem cibo ſurgentes, & precantes, & gratia agentes, accipiebant fragmentum panis in partem Domini ſeipofitum; & cum id eleuarent, dicebant; *Gloria tibi Deus noſter, gloria tibi gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*. Et loco eius *Panagia* nomen, & dicebant, *Chriſtus reſurrexit*, vſque ad Aſcenſionem. Ab illo tempore vluſu habant illud: *Magnum nomen ſanctæ Trinitatis. Domine Jeſu Chriſte adiuua me*. Et hæc quidem iſto modo peragebant. Faciebat autem hoc quilibet illorum, vbique tandem degeret, vſque ad obdormitionem Deiparæ. At quando ex toto mundo in vnum conuenerunt, ducti per nubes, propterea translationem Dei genitricis & Dominiæ, iuſtis perſecutis, poſt ſepulcrum illius, videntur tertia die, ſeſe reſolcantes, & poſt ſumptum cibum ſurgentes, fragmentum panis, quod Chriſto ſeipofitum & deſtinatum erat; moſ conſueti exaltant; & cumque illud: *Magnum nomen* pronuntiant, (ô inopinatum miraculum;) quæ mortua fuerat, viuētis inſtat, nubibus & lucidiſſimis Angelorum choris circumdata, in ſublimi apparet: *Augete* (inquit) *ego vobiscum ſum, omnibus diebus*, hoc ſolationis & gaudium Verbis filij illi impertiens. Diſcipuli autem miraculo obſtupefacti, loco eius: *Domine Jeſu Chriſte*; exclamant; *Panagia* (ſanctiſſima) *Deipara adiuua nos*. Deinde ad ſepulchrum euntes, nec inuento ſanctiſſimo corpore verè ſibi perſuaſerunt cam tertio die, inſtat ſui filij, corpore rufus indutam ex mortuis reſurrexiſſe.

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



le; & in celum assumptam esse.] Vides quid sit panagia, & quomodo, (licet eius ritus vsurpatio adiunctam tandem habuerit Deiparæ invocationem, unde nomen *panagia*) tamen exordia, Christi panem vitæ respexerint, cumque sub panis specie adumbrant.

*Christo pani conficiendo, è qua terra granum, & ubi molitum.*

297. Operæ pretium potèr videretur, ad Christi panis nostri vsum & confectiorem liquidius deprehendendam, vniuersas eius conficiendi causas, materiales & effectrices, ijs quæ ad panis materialis confecti onem interueniunt proportionales, representare ex varijs Patribus, qui huiusmodi panis & Christi similitudinem frequenter vsurpant. Cum verò constet, panem ex grano confici, hoc autem existat & terra, initium faciendum videretur à terra grani nostri. Sed quod hanc, nemo non videat esse Deiparam, de qua sub *terra* metaphora multa sunt dicta lib. 2. sect. 5. obiter tantum nunc dico, eam ob causam, sanctissimam Dei matrem à S. Damasceno orat. de dormit. Deiparæ, dictam, *terram inarabilem celestis panis*. S. Augustino serm. 18. de temp. Virgo sine corruptione fecunda, cõfetur terræ in eremo, cuius semen arator nullus induxit. [A Proclo orat. de nativitat. 6. Conc. Ephes. cap. 7. vterus Deiparæ nominatur, [arum ex quo naturæ colonus sine semine exortus est.] Eundem Deiparæ sanctissimum vterum, granarium, & hortem grani nostri, iure dixerimus. Nam etiam S. Bernardus serm. 2. super missus est, in vtriusque Iosephi parallelis, id non omisit, quod vt Ioseph antiquus, horrea habuit quibus Aegyptum per tempus famis nutrit; ita & Ioseph Deiparæ sponfus, hortem vniuerso orbi pascendo in S. Maria habuerit. Acerum tritici in hoc horreo exhibuit Sapiens Cant. 7. à S. Ambrosio illustratus in institut. Virg. cap. 14. vt retuli proponens elogia, sanctissimi vteri Deiparæ.

Granum ex eo granario desumptum, molitum est mola tribulationis, & perpressionum, quæ Christo Domino grauissimæ iam à primo conceptionis suæ momento fuerunt, vt ait additio ad Gloriam in cap. 2. Leuit. Legis & gratiæ molas, in farinam aptasse granum nostrum, ait Chrysostomus, serm. 71. Et scitè sanè S. Maximus serm. 2. de aduentu, legem & gratiam, conferri cum duabus molis demonstrat; annuitque Rupertus lib. 10. in Matth. in ipso fine, sic scribens. Itaque vt competenter Evangelica vtriusque similitudine molentis: Ait enim ipse Dominus; *Due erunt molentes in vno, vna assumetur, & altera relinquetur*. Hæc prophetica quasi mola inferior ponenda est, & cepta iam Evangelica narratio Dominicæ passionis superponenda, quasi mola superior, vt agente manu Domini circumacta volucri cursu, fructuosum frumenti granum salubriter nobis teramus, & de optima eius medulla candidissimum faris panem in vsum vitæ æternæ conficiamus. Tale frumenti granum Christus est, qui de semetipso dicit; *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuū fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuū fuerit, multum fructum affert*. Tale (inquam) granum est, vt molendo numquam dissipetur; eoque integro permanente, diffundi aut dissilire numquam desinat medulla eius. [Ecclesiasticas disputationes molis pulchrè confert S. Ambrosius lib. 1. de pæn. c. 15. Et his quoque commoli granum nostrum, dicere licet, cum tam crebræ sint de Christo disputationes in vtriusque sacris suggestis.

*Farina, aqua, & alucus, pinsendo Christo pani.*

298. Farinam sic commolitam, esse carnem Christi, ait Theophanes Ceramæus orat. de cruce apud Grefserum t. 2. de cruce. Materiam sanè ex qua homines compinguntur, esse similem farinæ, & idcirco notari

Hebræa voce *Golme* quæ gramum simile contusum & nondum pistum designat, S. Epiphanius, har. 30. scitè obseruauit, expendens illud Platis, *imperfectum meum, quod perinde est ac si dixisset farinam meam priusquam pinserer & formarer in panem vnum*. Quamuis autem ad formationem Christi defuerit materia seminalis paterna, tamen id quod veræ matres conferunt ad proles efformationem, atque adeò vera farina ad sensum positum, interuenit. Hanc farinam tamen de nostræ naturæ acervo depromptam, fuisse purissimam, dubitare non licet. Opifex namque huius panis, ait Petrus Cellensis, de panibus c. 4. De massa humanæ naturæ, solummodò farinam incorruptæ carnis tulit, euertendo sursum iniquitatis, cribro Spiritus sancti. Adiuncta est farinæ corporis aqua, id est anima, iuxta Anastasium Sinaitam 2. Hexameri, & Humbertum synitæ candidæ opusc. de Azymo, postea adducendum. De fermento Verbi, dictum plenè est cum de Verbo fermentante 1. 2. sect. 5. His omnibus commixtis in aluo, imò aluco Virginis, ait Petrus Chrysostomus, serm. 99. per ipsam Virginem immittentem Verbi fermentum, celestis massa confecta est. Hæc est enim mulier Evangelica, quæ in tribus farinæ satis abscondit fermentum, hoc est, Dei Verbi personam, animæ & carni commistam; (non refugio vocem peritque Partibus vsurpam, vt supra vidimus aduersus Eutychetem agentem) in vnam massam coagmentauit. Diuine hoc tradit S. Bernardus 1. 5. de consider. c. 10. vbi cum Verbum, animam, & carnem coniuncta in Christo præmisisset, addit. [Sed & illa tria Sata de Evangelio mixta & fermentata in panem vnum, Si quis ad hæc tria dixerit pertinere, non incongruè id mihi facere videbitur. Quà n bene ea mulier fermentauit; vt nec diuisione quidem facta carnis & animæ, & carne vel anima, Verbum diuideretur? Mansit & in separatione, inseparabilis vnitas. Nec enim quæ ex parte contingit separatio, potuit vnitati præscribere, permanenti in totis tribus. Siue coniunctis siue disunctis duobus, nihilominus perseuerauit in tribus vnitas personalis. Æque vnus Christus, vnique persona, Verbum anima & caro, etiam mortuo homine perdurauit. In vtero Virginis (vt sentio ego, commixtio hæc & fermentatio facta est; & ipsa, mulier quæ miscuit) & fermentauit. Nam fermentum non immerito fortasse dixerim fidè Mariæ.] Alium locum S. Bernardi in hanc rem ex homilia 4. super *Missus est* profert Richardus à S. Laurentio 1. de laud. Virginis cap. 4. *sub finem*. Sed non est omittendus locus ex serm. 2. de nativitat. Dom. [Verbum (inquit) quod erat in principio apud Deum, & Deus erat, anima quæ de nihilo creata est, ante non erat, caro de massa corruptiõis sine corruptione aliqua diuino segregata attificio, (qualis nulla iam caro erat) vinculo indissolubili in personæ coeunt vnitate. Habes in his triplex genus potentia: Quod non erat, creatum quod penetrat, reparatum; quod super omnia erat, paulo minùs ab Angelis minoratum. Hæc sunt Evangelica illa sata farinæ, quæ pariter fermentantur, vt sit panis Angelorum quam manducet homo, panis coe hominis confirmans. Felix mulier benedicta in mulieribus, in cuius castis viscibus superueniente igne sancti Spiritus, coctus est panis iste. Felix inquam mulier, quæ in hæc tria sata immisit fidè suæ fermentum. Siquidem fide concepit, fide peperit, &, vt ait Elizabeth, *beata quæ credidit, quoniam perfecta sum in ea, quæ dicta sunt & a Domino*. Nec mireris, quod fide eius mediante vnitate dixerim Verbum carni, quandoquidem & carnem ipsam de eius carne suscepit.]

*Clibanus, Christo pani coquendo.*

299. Quod in Deiparæ vtero coctum hunc panem ait S. Bernardus, astipulatores habet alios Patres. Vulgarissima sunt illa Epiphanijs orat. de S. Maria. [Aue

clibanus



clibanus intellectualis, qui ignem, & panem vitæ calidum, mundo in escam arcuisti. Glossa idem discretè habet in c. 4. Levit. & ibid. Helychius planè insigniter verbis illis [Sacrificium coctum, Christi appellat incarnationem, ad hoc enim incarnatus est, vt immolaretur. Propter quod eum qui tollit peccata mundi, petat. Propter quod eum qui tollit peccata mundi, petat. Propter quod eum qui tollit peccata mundi, petat.]

Rede ergo hoc loco, sacrificium, vt denunciaret naturam eius dicitur coctum in clibano, Dei genitricis videlicet vtero; illa enim clibanus necessariè nominatur, quia & panes ignemque desuper clibanus suscipit, sicut & Dei genitrix, desuper vitæ panem, Dei videlicet Verbum, in suo vtero, ignemque suscepit præconitæ spiritus. Spiritus enim (inquit) Sanctus superuenit te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Hunc Moyses, quando Deus ad Abraham disposuit seminis testamentum, clibanum commendavit, ait enim: Quia veniens Sole ad occasum, significavit finem mundi, flammam saltem, & ecce apparuit clibanus ardens. Et quid est hoc addidit & fumigans, & irasuit per medium diuisionem. In die illa, pepigit dominus fœdus cum Abraham. Quando enim celestis ignis, spiritus videlicet in clibano vteri genitricis Dei venit, vt totas accenderet mundi partes, tunc testamentum Deus, Abraham, id est genitricis spiritus: Abraham enim pater gentis nominatur. Sergio minus offeres incarnationis vigeniti, quæ in vtero virginis facta est, non aliter acceptum est Deo, nisi cocti de similia, id est Dei scientia, vel notitia fiat.]

Richardus à S. Laur. l. 1. c. 10. de Deip. pag. 95. cum alia plerique de hoc clibano habet, cum illud perbellè, quod sicut clibanus primò ignem, deinde panem suscipit, sic vterus Virginis, primò ignem, id est Spiritum Sanctum, secundo panem vitæ, id est Filium Dei suscipit. Et hic ordo designatus est ibi, Spiritus Sanctus superuenit te, hoc primò & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Hoc secundo] Anastasius Sinaita 4. Hexameri, Virginem Deiparam confert fornaci Babylonicæ, intra quam vitus est quartus similis filio Dei, id est Christus. Interpretatur Anastasio, Concinnissimè verò in hanc rem differre Petrus Celsensis l. de panibus toto c. 21. Hæc quædam. [Clibanus, vterus est vaginalis; ignis, spiritus Sanctus, panis incarnatio filij Dei.] Et mox. [Virgo igitur virginum, clibanus est ad panem suscipiendum, vel concipiendum, non consumendum vel vrendum. Ignem enim vrentem nunquam admisit, quæ carnis concupiscentiam non sensit: Ignem futurum non suscepit, quæ non concepit iniquitatem: Ignem consumantem non nouit, quæ rorem de calis in corde & ventre plenissimè accepit. Virgo, inquam, non solum clibanus est, spiritum suscipiendo, sed Thalamus, Deum concipiendo, templum quoque calidè viuendo. Clibanus est, prorsus dignè conuersando; Thalamus, ineffabiliter concipiendo: templum, honestam vitam, Sanctam, Deo placentem, se offerendo: Clibanus ad panem præparandum; Thalamus ad Spôsum excipiendum; Templum ad Pontificem introradum: Clibanus victum esotientium; Thalamus vel sobolem Christianorum; Templum ad emundationem delictorum.]

Est sane viscera hominis clibanum Orig. hom. 5. in Levit. probat ex Osè 7. vbi cor impiorum, specie clibanus incensum describitur. Possumus ergo eodem recte, quod iuxta Platem impij in tempore vultus Dei, dicuntur poni vt clibanus ignis. Possumus præterea adducere, quod Messiani apud S. Augustinum hæc fabulabatur; nempe eum qui à peccato purgatur, formam feram, siue seropham, & ignem flammantem intus successum vomere; quod mysticè est verissimum. Nam & Satan, qui pectore hominis ab impietate reuertens cedere cogitur, à S. Gregorio specie vitæ vini est depelli à prostibulo Atriano, in templum Catholicum consecratus; & flamma concupiscentiæ

intus succensa, idemmet cor quod haram diximus, vertit in clibanum. Itaque pectora multorum mortaliū, sunt clibani ad coquendos panes mendacij, aliosque lapidosos & mortiferos panes, de quibus Cassianus l. 5. instit. cap. 21. At cor Deiparæ, eiusque vterus, fuit clibanus in quo panis vitæ in cibum vniuersi humani generis coctus est.

#### Clibani flammæ ardor Deiparæ in Christi conceptione.

300. Flammam clibani, duplicem video, alteram ipsiusmet Deiparæ, quæ in momento maximè conceptus Christi, exarsit incendio amoris supra quàm explicari queat flagrantissimo. Quis enim dubitare possit, quin fuerit eo tempore collostratus Deiparæ intellectus, lumine ac splendoribus Sanctorum? At vt luminis commentus est calor, ita notitiæ intellectus, flamma voluntatis. Neque verò qualicumque flamma concipienda est; sicut neque lux qualicumque, etiam supra naturæ ordinem, intellectum Deiparæ collostrauit per tempus illud; sed planè eximia & omnino singularis. Nec defunt grauissimi Scriptores, quos Soares t. 2. 3. p. d. 19. sect. 4. commemorat, & probabiliter philosophatos non ambigit, qui tradant, Deiparam in eo momento, vidisse Deum. Sunt in ijs Antoninus, Gerlo, Albertus, Richelius, Vbertinus, Villanova, atque Medina. Adde etiam Bruliferum ferm. in illud. Verum caro factum est, & latè Mendocam l. 2. florum sacrorum problem. 10. Et qui de alijs item temporibus quorundam mysteriorum in Virgine diuinitus editorum, idem asseruit: sed de nullo tempore aut mysterio, tanto iure, quanto de eo quod in præsentia proponimus, asserere id licet. Notauit eos Salazarus l. de concept. cap. 3. §. 4. At quanta sit flamma visionem gloriæ consequens, nemo satis explicet verbis nostratibus. Richardus sanè Victorinus l. de sacrif. Abelis & Mariæ, & suo cap. 10. in Cant. flammam omnes nostrates, præ celestibus illis, flammam pictas arbitrat. Dei enim ignis in Sion, & caminus eius in Hierusalem. Igitur Deipara, in puncto conceptionis Verbi, si clarè Deum contueretur, est, vt quod pertingeret maternitas quam tunc cōtrahebat, posset perspicere, & decus inde suum quantumque Deo obtingeret, agnosceret; incendijs pluriquam Atræis conflasse dicenda est, vereque clibanus fuisse, non famans, sed inflammatissimus. Vt mirum non sit, illam, præsertim à momento concepti Verbi Dei, ætuali semper incredibili amore in Deum; & quod de matre Samuelis obseruat Chysostratus, post hanc, multo magis gratiæ sortem quàm esset Samuel, piam matrem in feminam alteram euasisse. Id quod etiam narratur in vita S. Elzeerij, de eius matre, quæ ex quo benedictum illum fructum concepit, tantam mundi contemtionem simul concepit animo, vt ægrè inhibita fuisset, ne sæculo abiecto ad religionem prægnans abiectet. Quanto potiora & sublimiora censebimus fuisse Deiparæ in omnem virtutem & sanctitatem desideria, ex quo ipsum Dei filium, de Spiritu sancto concepit? Hæc vna, clibani panem vitæ coquentis, flamma.

#### Item feruentissimi actus anima Christi, in primo sue productionis momento.

301. Alteram, panis ipse vitæ, habuit intinsecam. Quis enim humanus intellectus penetrare, & multo minus enunciare valeat, flammam pectoris Christi, in momento conceptionis sue? Fuit quidem semper in altari pectoris Christi, ardens ignis diuinus, nunquam decrescens, nunquam imminutus, si spectetur flamma consequens visionem gloriæ. Erignes quoque habituales, quotquot Christus habuit, vt nullum decremptum, sic neque incrementum sortisiant vnquam.

Tamen



Tamen erumpentes inde sciottillæ, actus inquam voluntatis, subinſecti notitijs supernaturalibus beatificæ inferioribus, non fuerunt ſemper pares, cuiusdemye in-  
 censionis. Nec dubium videtur, quin primo illo ex or-  
 tu, Chriſti ſanctiſſima anima tot ſe Dei beneficijs pro-  
 pè oppreſſam videns, in actus ſeruentiſſimos & aſtuo-  
 liſſimos eruperit. S. Ambroſius l. de inſtit. Virg. c. 16.  
 & alij apud eum lib. 3. de fide cap. 7. putant, in perſon-  
 Chriſti in eo ſtatu conſtituti, dixiſſe Dauidem Pſal-  
 mo 138. *in operatum meum viderunt oculi tui*; ſic enim  
 legit quod in vulgata habetur, *imperfectum meum*; vt ſen-  
 ſus ſit. Chriſtum paruulum, in primo ortu, & cõceptio-  
 ne, dixiſſe Patri, *vidiſti ab æterno hoc meum corpusculum,*  
*non factum virili opera.* Quare ex S. Ambroſij ſententia,  
 ceteri quoque eiſdem Pſalmi proximè antecedentes  
 verſiculi, qui de humana formatione perſpicuè agunt,  
 ex Chriſti perſona in hoc primo ortu proferuntur; cum  
 dicitur, *quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepisti me de utero*  
*matris meæ*: id eſt tu formasti, & iure formationis poſ-  
 ſediſti, corpus hoc meum: nam me ſuſcepisti forman-  
 dum in ipſomet materno utero. S. Hieronimus vertit  
*orſus es me.* Ex quo liquet, ſuſceptionem illam non in-  
 telligi de ſuſceptione in egreſſu ex utero, ſed de ea  
 quam dixi molitione in utero materno. Tantam autem  
 in ſe formando & exornando Dei magnificentiã  
 contuens, exclamat continenter ad Deum, opificem &  
 exornatorem ſuum *Confitebor tibi quia terribiliter ma-*  
*gnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognosce-*  
*rimus.* Hebræa habent, *terribiliter magnificatus ſum*; eſt-  
 que metaphora, vt hic obſervat S. Chryſoſtomus, ducta  
 ab immani altitudine, ex qua cum qui deoſum pro-  
 ſpicit, terrore percellitur. Similiter enim Chriſtus, alti-  
 tudinem diuinorum erga ſe beneficiorum, exquisitè  
 perſpiciens, & immenſum propè internallum, quo  
 magnitudo perfectionum quas diuinitus acceperat di-  
 latata eſt, exactiſſimè diſpiciens, velut terrore, id eſt ad-  
 miratione & ſancto ac reuerentiali diuinæ Maieſtatis  
 timore percellitur; contellaturque animam ſuam, in  
 ea beneficiorum & diuinæ ſe largitatis mole cõ-  
 templanda, nunquam inierit tepidam fore. Quæ  
 ſequuntur; vix egent applicatione aut explicatione,  
 cum perſpicuè cadant in rem præſentem ſinque epõ-  
 dia & expedita. *Non eſt* (inquit) *occultatum os meum à te*  
*quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus*  
*terra.* Oſſium ſpecialiter meminit & commiſſuræ eorũ,  
 quia eſt in corpore veluti carina in naui, vt Galenus  
 animaduertit. *Inferiora verò terra,* ſunt viſcera materna,  
 intra quæ corporea Chriſti ſubſtantia, compacta eſt,  
 & creata anima eius ſanctiſſima. Ibi *imperfectum meum*  
*viderunt oculi tui.* Quemadmodum Deus auctore S.  
 Hilario, imperfectus dici poteſt, ſi vox *imperfecti* ſuma-  
 tur pro eo cui non acceſſit perfectio: ita Chriſtus *im-*  
*perfectus* dici poteſt, quia ſubito elaboratus eſt, nec vi  
 nos pedetentim diſpoſita eſt eius ſubſtantia. Eandem  
 in *operatum Chriſti*, vocabat S. Ambroſius, quia non eſt  
 ab homine (ſi per Præſcianum liceat,) operata. Chri-  
 ſtus enim ſine manibus, id eſt abſque virili opere ex-  
 ortus eſt. In his Pſalmis verſiculis, quanta lateat mate-  
 ria, non iam igniculorum, ſed incendiõrum, puto vel  
 leuiter cogitanti eſſe perſpicuum.

Sugerit verò Euſebius l. 10. de demonſtr. c. vltimo,  
 vnde inſuper intelligamus ardentiffimos in hoc ſuo  
 primo momento, Chriſti erga Patrem affectus. Verba  
 enim illa Pſalmi 21. *Tu es qui extraxiſti me de ventre, ſpes*  
*mea ab uberibus matris meæ, in te proiectus ſum ex utero*  
*de ventre matris meæ, Deus meus es tu.* Euſebius refert ad  
 Chriſtum, inde ſibi per tempus paſſionis captantem  
 angorum lenimen. quod is ipſe Deus, qui ei in utero  
 ab ipſomet exordio Deus & pater f. erat; & cuius iam  
 tunc agnitam Maieſtatem adorauerat è materni vteri  
 cella, non eſſet ſuauiſſimo filio, in ærumnis mortis  
 acerbiſſimæ, deſerturus. Expendatur verò illud maxi-

mè in te proiectus ſum ex utero. Apertè enim fert, Chri-  
 ſtum iam ex utero matris, & cum non eſſet differen-  
 di ratio vlla, iam ex primo momento, proieciſſe ſe in  
 patris ſinum; cuius ſe nutritus & providentiæ totum  
 commiſiſſe, oblatiſſe illi corpore, anima, & omnibus  
 quibus donatus à Deo erat prærogatiuis; ſed præſer-  
 tim vitæ, iam tunc in ſacrificium addicta Deo pro uni-  
 uerſo humano genere. Itaque vetum fuit etiam tunc  
 quod aiunt Etherius & Beatus l. 1. contra Eliphan. pag.  
 334. [illam panem, quod corpus eſt Chriſti, lignum  
 crucis coxit.] id eſt, actus illi ſeruentiſſimi quibus  
 Chriſtus ſe cruci iam ex materno utero addixit. Quæ  
 flammæ, qui carbonẽs igni uomi ex his actibus emi-  
 cuerint, nihil attinet dicere. Duraiſſe hos ignes ſolidum  
 nōmiſtre, aduertit Richardus à S. Laur. lib. 10. de  
 Deipar. poſt expoſitum cibarium. [Decoctus (inquit)  
 fuit hic panis igne charitatis ipſius, & hoc nouem men-  
 ſibus, in natiuitate educus eſt de clybano. Vnde Filius  
 dicit Patri, *Tu es qui extraxiſti me de ventre.*

*Nec non perſpexiſſes Chriſti in utero,*  
*quoad corpus.*

302. Habemus autem inſuper alias Chriſti flammæ  
 & ignes, in virgineo clybano. Non raro in Scripturis,  
 flammatum & ignis nomine veniunt aſpera & dura  
 quæ quis ſubit. Vnde Deuter. 4. & 3. Reg. 3. ac Hie-  
 rem. 17. ſæpeque alibi, filij Iſrael æruminis innumeriſ  
 in Ægypto opteſſi, dicuntur fuſſe in fornace. Ipſam  
 combustionem & penam ignis, non raro in ſcriptura  
 idem eſſe quod graue quodcunque ſupplicium, docet  
 agens de Achani ſupplicio Salianus t. 2. annal. Cami-  
 nus paupertatis in quo eligitur iuſtus, vt Deus ipſe cõ-  
 teſtatur, incommoda per paupertatem ſubeunda, quod-  
 dam ignes eſſe confirmat. Tandem Radulphus l. 1. in  
 Leuit. cap. 2. per clybanum ſuccenſum, tribulationes  
 huius vitæ intelligendas tradit iuxta hæc, & ceteri vel  
 mediocriter attento perſpicuum eſſe poterit, quante  
 fuerint Chriſti in materno utero flammæ & ignes, cum  
 tante ibi fuerint eius perſepſiones & ærumna.

Cuius rei gratia, conſiderandus obiter eſt, ſtatim  
 pueri in materno utero. Eundem enim ſtatim Chri-  
 ſtus Dominus intra matris vterum habuit, quem inib  
 ſortionitur alij infantis. Hunc autem infantem in ma-  
 ternò utero ſtatim, exhibent phyſici ac Medici. In-  
 curuus totus & contractus, talos ad nates applicat;  
 manibus genua apprehendit; in quæ ſic caput demittit,  
 vt oculi pollicibus manuum veluti aſſignantur; natus  
 verò procumbat inter genua. Si mas eſt, priorem cor-  
 poris partem in matris abdomen, poſterioſiorem in dor-  
 ſum, vergentem habet. Si femina; aduerſo ſitu collo-  
 catur. Quamdiu ſærens eo ſtatu cõiunetur, nec ſpiritus  
 ore ducit, nec thoracem diſtendit, & contrahit, nec  
 vitales yllos ſpiritus procreat, nec cordis & pulmonum  
 motus ſubit; ſed ſola tranſpiratione reſicit ſingularium  
 partium calorem. Nutritur per vmbilicem hauſto ma-  
 ternò ſanguine, qui hepatis proliſ immittitur ei atten-  
 parandus. Inde excrementitiæ ſanguinis partes in ſec-  
 tus inteſtina demitit, in nigrum & luculentum ſangui-  
 nem commutatæ deiciuntur in partu vnâ cum ſætu,  
 qui cæteris illius & pædoris perſuſus; acetabula ſeu  
 oſcula venæ ſpermatice per quam matri connectitur;  
 & membranas quibus obvoluitur, crebra impulſione  
 & conuulſione diſtrumpit, ac vt maturum malum, ab  
 arbore ſoluto pediculo auellitur. Vides quanto iure S.  
 Nilus orat. 1. de Paſch. apud Phot. Cod. 176. Sic ſcribat  
 de noſtra intra utero in formatione, & cõmoratione exi-  
 tuque exeo. [Formatur tanquam in ſepulchro, in utero,  
 nodum exiſtens infans, naturæ ſalcij ſepulchralibus circitſiſtito. Nā  
 mortuorum quidem vultus, artijſius conſtitutus eſt, os  
 in utero mutum, manus & pedes in ventre tanquam  
 in ramulo extenduntur. Maturæ egregium ſæctibus ſe-  
 pulchrum



pulchrum est, & sepulchrum quidem sanctoribus non  
carere. Alii fortius formati in sepulchro, formanti-  
maxime vocatus sequitur. ] Hæc considerans Guet-  
rius Abbas [erm.] de Annunciatre pre affirmat, hanc  
Dei hominis inhumationem ut tempore primam, sic  
omnium maximam existisse, & nunquam sic esse exi-  
stuntum sic à seipso defecisse.

*Ac etiam quoad animam.*

303. Verum hæc incommoda, sunt solius corporis? anima vero sunt multo plura & grauiora. Gregorius palamas in corporis & animæ proſopopeia, deſcribens quædam in corporis & animæ duplici ſepulchro, velut ſeram in ſepulca duplici, conditam exhibet: nā corpus, animæ eſt tanquam ſepulchrum; vnde illuſtratio quod *quæ* ſe veluti *quæ* Corpori verò, præter alterum ſepulchrum priori obductum, eſt materius vterius. Et licet ſanè hæc ratione non dupliciter modo, fed etiam quadruplici, animæ ſepulchra-lem cellam agnoſcere, Nam præter ipſam corpus quod animæ ſepulchrum vocat palamas, & vterium corporis duplicem, habemus ſecundinas, ſive membranas illas inſolubiles quibus ſæcus obvoluitur, & intra quas conditur tanquam intra monumenta. Vn immediate factum obvoluens, & ſudoris eſt factu maris receptaculum, dicitur *amnios*, vel *chara virginea*. Secunda que illi apponitur, dicitur *corion*. Tertia que eſt vtrius factus receptaculum ad partum vſque, non omni ex parte ambit factum: diciturque *allantoidea*. Hanc non agnoſcit pro humano factu Laurentius, ſed illam tamen agnoſcunt. En igitur bene multos factus locales, internos & abditos. Exterior dedit matris reſectus ſine abdomen pro antemurali & anteriore ſepulchro numerari debet. Quis igitur non videt, quam miſer & miferandus ſit, quamque ærumnofus infantis factus quod animam; in materno vtero, tam multipliciter vallatam atque conſuſam; quodque miferabilibus eſt, vi ſtatus illius omni propæ actione ſua prohibita præterquam vegetatione, & obſcura ſenſatione?

Ad has eximias Christus nostra causa se demisit. Et quomodo de hoc argumento, & sobrie & cum omni reuerentia fit agendum; tamen dignum est, exortationem nostrorum illumiem & ortus nostri abiectionem recognoscendo, Christum quod eam pauperatim propter humani ergo digne transcurrerem, (vt Hilarius l. 2. de Trinit. *sub finem* dixit,) eo impensius amari. Scio non omnino eodem modo de Christo quod hunc statum, & multo minus quoad egredium est ergo, philosophandum esse, ac de alijs infantibus. Quomodo mundior, & recte affecto corpore erat Virgo mater; & quo opifex huius conceptus, diuina manus, nitentis & purior fuit, eo maiorem quam in alijs fensibus, agnoscere in isto nitore ac puritate, par est. Tamen qui ad nostram vsque naturam exinaniri & deicij sustinuit, nostri ortus vilitatem admittit: vt idem Ecclesia, de loco loci sanctissimo & omnium dignissimo, pronunciat Deo verbo laudes, quod ad liberandum suscepturus hominem, non horruit (libra hoc verbum); non inquam horruit Virginitatem. Ibi conclusum Verbum infans, excrementis intra secundum coarctatus oblitum, & in vteri illius aliqua vt Absolutus in c. 12. Leuit. qu. 20. diserte tradit, tanquam in ceno, per non infestis patium iacuit, expers intellectus (quantum erat ex vi status illius), ac fere etiam infans: vt proinde S. Proclus Epistola de fide ad Athanas. pag. 1. 10. ita accipiat illud, *Verbum caro factum*, et ac si dictum esset, *verbum aquae ac caro nullis fratribus*, superiorem in humanitate sua distentū fuisse quantum erat ex vi status illius: quomodo per supernam talem Dei operationem, Christus iam tunc vniuersis tam multiplicem habuerit, quam in sequenti

bus videbimus; Idque agnoscentem Christum, dixisse de se in isto flatu *ego sum verus; & non homo*, pulcherrime persequitur *Ergo, hom. 14.* in Lucam relatus cum de Verbo hamato. Hinc verò deterior longe fuit Christi conditio quam infantium cæterorum, qui in illius careceris patore degunt abique sensu, & notitia sui incommodi, quia sunt privati *vul. rationis.* At sapientia Patris, non ita. Sic igitur te habuit in vtero Christus.

Neque verò quod Synodus Trullana, secundinarum  
Deipara celebritate interdixit, can. 79. quicquam com-  
mune habet cum eo quod hic diximus de Christi statu  
intra materem vterum. Quamvis enim in partu non  
fuisse emissas à Deipara (vt ab alijs matribus fit,) se-  
cundinas, multaque illuuium, rectè constituitur Sy-  
nodus illa Quinisexta, ambigua ceteroquid fidei, & re-  
probata à Sergio Papa, vt videre est apud Bellarminum  
1. de Conc. cap. 7. & 1. 2. de Pont. cap. 18. ad 2. Tamen  
nil velimus multitudinem miraculorum gratis inue-  
here; statendum est, Christum in vtero quidem obuo-  
luerum fuisse secundinis, vt & voluerunt ceteri propo-  
suisse tamen fuisse illinem & nitidum, vt pulcherrime tra-  
dit Zeno Veron. ferm. 6. (alias 11.) de nativitate, & Bernar-  
dus ferm. 3. de purif. Nec plus volunt, qui Trullanum  
illum Canonem propugnant, Suares t. 2. 3. p. d. 13. sect.  
2. Deltorio Phemica 1. & Salaz. l. de concept. cap. 28 §. 4.  
Etiam si S. Hieronimus, eruentem Christi eggressum  
non reformidauit dicere; quæ de re plenius agendo de  
Deipara. His tamen dimissis, nemo non videt, quàm  
multiplices Christi intra vterum matris per nonime-  
stem inibi conclusionem fuerint ærumnæ; quæ illi  
flammæ multiplicium (prout loquebamur,) ad ex-  
coquendum in cibano intellectu panem vitæ, ag-  
gestio & addensatio fuit.

*Ignes extremarum Christi perpeffionem à qui-  
bus huc aduocati.*

304. Vt non sit sanè necesse, ad ignem & flammam passionis & crucis, coctionem panis huius referre, quod faciunt non pauci, Petrus Chrysologus scitè selegem. 67. [Cœlestis pater, cœlestem panem, cœlestes filij vt posulemus, hortatur ipse dixit: *Ego sum panis qui de cœlo descendit.* Ipse est panis, qui satus in virgine, fermentatus in carne, in passione confectus, in fornicati coctus sepulchri, in Ecclesijs conditus, illatus altariibus, cœlestē cibum quotidie fidelibus subministrat.] Et serm. 7. [Ipse est panis qui de cœlo descendit, qui regis & gratie mola aptatus est in farinam, qui crucis confectus est passione, qui magnæ pietatis fermentatus est Sacramento, qui conspersione leuis leuamentum sustulit de sepulchro, qui vt diuinitatis suæ calore coqueretur, ipse cibum decoxit inferni, qui ad cœlestem cibum quotidiē Ecclesiæ defertur ad mensam, qui in remissionem frangitur peccatorum, qui edentes se perpetuum pascit, & entruit ad vitam.] Auctor item Tractatus de pass. Dom. f. allegoria vitæ veræ apud Bernardum cap. 43. [Quis ardori fornicis crucis, ali- quod audeat supplicium comparare.]

309. Nexum lanè aliquem panis vitæ coquendi, & crucis, insinuaue vñs pñfcorum Christianorum, partiendi panem crudum priuquàm cibano immitteretur, aut cineribus operiretur, efformato quadrifida incisione crucis signo. Nam quamvis hic esset iam olim vñs Iudæorum, ac etiam Romanorum, vñde *quadrifida*, quæ essent quarta pars panis, vt notat Sacerdos anno Christi 58. cum de fractione panis disserter: Tamen Christiani eum vsu tanquam religiofum & crucis Christi expressione sacratum, admiserunt: vt liquet ex ijs quæ de pane subcinericio non signato moxque per S. Martinum monachum quadrifidum incisione sub prunis notato, scribit S. Gregor. 1. dialog. cap. 11. Et idem constat ex Theodemois Abbatis Cal-

finenfin



finensis epistola, ad Carolum Magnum data. Scitè vero Petrus Cellensis l. de panibus cap. 6. *in fine*, quadras illas panis nostri, ait esse iustitiam, sapientiam, sanctificationem & redemptionem, iuxta Apostoli pronuntiatum. Idèd vnus hic panis, habet *quatuor quatercia*, iuxta Cellensem ibi. Quid quod vniersam panis nostri confectionem, ad Crucem refert Catharinus in c. 3. Genes. ad illud, *vesceris pane tuo*: Christum enim panem esse, præfatus, ex grano contrito admixta aqua compactum, obseruat, Christum verè granum frumenti cadens in terram, & in cruce mortuum iuxta ea quæ habentur Ioan. 1. datum esse ad modum pistini Hierosolimitani, lapidantis eos qui à Deo mirrebantur: ibi plurimis molis fuisse contritum, nempe re lacerantium, manibus verberantium & contudentium, spinis, que & clavis configentium. Sic granum comminutum est in farinam, cui affusa est aqua, id est benignitas illa & humanitas, qua volens oblati est. Clibanus fuit crux, in qua Spiritus sancti ardore, & immensa nostri caritate, panis vitæ coctus est. Hæc summam ex fuisse Catharini oratione. Drogo de Sacram. Dom. pass. fractum in cruce panē vitæ, his verbis exhibet. [Verè non cognosceris Domine, nisi in fractione panis. Panis caro tua est. Fregisti manibus tuis corpus tuum, quia potestatem habebas ponendi animam tuam, & iterum sumendi eam: fregisti corpus quod foris apparebat, & ostendisti medullam quæ intus latebat. Nisi enim patiaris, non cognosceris. *Ibi*, (inquit), *abscondita est fortitudo eius*. Quæ est autem fortitudo tua, nisi mansuetudo, nisi humilitas, nisi patientia & obedientia? Has virtutes fortissimas, & suavissimas, in fractione panis, hoc est, in passione tua nobis ostendisti.]

*Usus doctrinæ de Christo pane, transitus fidelium in panes.*

306. Vsum vberimum doctrinæ de Christo pane, subijcio ex ijs quæ addit Drogo, de modo quo nos quoque, Christi imitatione, transire possimus in panem mysticum. [His virtutibus (quas videlicet in Christo descriperat, mansuetudine inquam, humilitate, obedientia) caro tua quæ nos sumus, nutritur paulatim & perficit, & perficitur. Et primum quidè inter duas molas spei & timoris, molitur sicut frumentum, ut fiat noua conspersio: deinde cum in formam panis transierit, coquitur in clibano passionum: postea cum benedixeris ei omni benedictione spiritali, & dixeris, consummatum est, frangis & ipsum corpus nostrum quod in manibus tuis est, & in manus tuas committimus, & ibi agnosceris, non specie peregrina, sed in facie propria: ut iam non lancea nobis latus tuum aperiat, sed digito palpare & videre possimus, quia tu es, Domine, Deus noster.]

Affinia sunt, quæ de Christianorum in Christi corpus affectione, sub typo efformationis eorundem in panem, habent varij Patres. Eucherius scitè hom. 5. de Pasch. *sub fine*. [In hoc ipso quod panem numerosis tritici granis confici nouimus, vnitatem constat assignari populorum. Sicut enim frumentum, quod solita purgantis sollicitudine præparatum, in candidam speciem molarum labore perficitur, ac per aquam & ignem in vnus panis substantiam congregatur; sic variaz gentes, diuersaque nationes in vnam fidem conuenientes, vnum de se Christi corpus efficiunt: & Christianus populus quasi tritici innumerabilia grana, à sacrilegis nationibus, fide purgante atque cribante discernitur: & in vnum, quasi infidelium lolio pertranseunte, colligitur: & duorum testamentorum institutione, velut frumentum gemino molarum opere curatum, nitescit: in illam primæ originis dignitatem nativo candore mutatur: ac per aquam baptismi, vel per ignem Spiritus sancti, æterni illius panis corpus efficitur.]

307. Zeno Veron. concinnè de more serm. 6. ad Neophytos. [Exulemus fratres in Christo, tantique proventus reditu ditati, Deo patri omnipotentis laudes, & gratias referamus: qui zizania, lolium, lappas, tribulos, in læta frumenta mutauit: quæ diligenti cultu purgata, molarique lapidis pio pondere fecit iter fracta, ordinabiliter creta, omni fursure abiecto, mistic splendore in farinam candidam micuerunt, quæ nullo adulterata fermento est, conspersa, ac subacta diligenter; Sal inditum est illi, leuigata est oleo germinali, officiis competentibus temperata, in panes azymos reddita. Hi quos videtis, egregia coctura suauè redolentes, qui excocti sunt non fumo, sed fonte; non humano, sed igni diuino: non illos autem corruptis, non fumus amarus infecit, non frigus elisit: quod plus est, sine fermento lenaci sunt. Certe cacabacj non sunt, non vetuliti, non viti, non ciudi; non mucidi: lacteus illis color est: lacteus sapor est.]

S. Augustinus serm. ad infantes de Sacramento, quem S. Fulgentius suæ Epistolæ de baptismo Aethiopis intertextit, sic habet *ad finem*, alloquens Neophytos. [Vnus panis, vnum corpus multi sumus. Intellige & gaudere. Vnitas, pietas, veritas, charitas, vnus panis, vnum corpus multi sumus. Recolite enim quia panis non fit de vno grano, sed de multis. Quando exorcizabimini, quasi molebamini: quando baptizati estis, quasi conspersi estis: quando Spiritus sancti ignem accepistis, quasi cocti estis. Estote quod videtis, & accipite quod estis.]

Petrus Blesensis carm. de Euchar. cap. 18.

[*Hoc est frumenti granum, quod terra fidelis germinat assidue, reddens sua semina cæli. Hoc grano, cæli sunt horrea multiplicata. Vbi sacra Ierusalem pinguescit eo satiat. Hoc est frumenti granum quod ab æthere venit, Cuius adeps animas nostras & corpora lenit, Illud sponte cadens in terram mortificationem Est prius, atque per hoc surrexit multiplicatum Ex vno multis affluxit copia granis. De quibus efficiunt nunc vnus in æthere panis. Nam quoties Christo, crescente fide generatur Ex vno grano, quasi plurima grana creamur. Cuius cum sapimus carnes, vel sanguinis haurimus, Vnus fit panis, vnumque sit hoc holocaustum, Vna sic in carne, duo simul esse leguntur, Christus & Ecclesia, sic vnum constituentur.]*

308. Sebastianum Comitem, Bonifacij item Comitis generum, Geisericus Arrianus ad nefandum anabaptisum & Arrianam impietatem sollicitabat, ut refert Victor lib. 1. de persecut. Vandal. At Sebastianus, constans & firmus in Catholica fide, panem simlaccum & mundissimum poposcit; quo allato, ita effatus est. [Hic panis ut ad tantum decorem splendendoris veniret, & mensæ regie necessarius haberetur, discussa spuria fursuris, ex massa simlaginis, conspectus per aquam transiit & ignem; ideoque & aspectu clarus & esu suauis habetur. Ita & ego, mola Catholice matris commolitus, & cribro examinationis ut simla munda purgatus, rigatus sum aqua baptismatis, & igne Sancti Spiritus coctus. Et ut hic panis de furno, ita & ego per officia Sacramentorum diuinorum, artifice Deo de fonte mundus ascendi. Sed fiat si velis, ut ipse propono. Ipse panis confringatur in frusta, madideat aqua, & iterum conspergatur, mitatur in furnum: si melior exierit, faciam quæ hortaris. Quam propositionem Geisericus cum omnibus qui aderant cum audisset, ita ligatus est, ut se solvere omnino nō posset. Sunt ergo Christiani, panes; vel quod S. August. habet in Plal. 147. *Frusta panis*, quia sunt membra Christi, qui est vnus panis debentque omnes conuiui ut in panes euadant.

Plerique tamen non sunt granum bonum, & idoneum







locum. Quamvis esse quidem Christum, hac nostrum rationabile & sine dolo, docet Apostolus Epistolae primae cap. 2. id quod multis, citato capite illustrat Clemens, aduertens diuinantem Homerum in tale quid incidisse, cum homines iustos vocauit *γάρτοι*, hoc est qui lacte vescantur. Non pauca item in eam de Christo lacte nostro allegoriam, Turrianus l. 2. de Euchar. c. 20. Sed ut dixi, non est hoc manna de quo nunc agimus; sed illud typicum, quo Iudaei in deserto coelitus per 40. annos sunt pasci, de quo Psal. 77. scriptum est, *ianuas caeli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, panem caeli dedit eis; panem Angelorum manducauit homo.*

*Christus, etiam extra Eucharistiam, verum manna.*

Esse se verum manna, eo Psalms loco typicè expressum, Christus ipse Ioan. 6. disertè contestatus est, respondens Iudaeis, qui Christo invitante ad credendum quod esset à Patre missus, obiecerant, *quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, panem de caelo dedit eis manducare.* Quali dicerent, etiam si quod aliquot hominum millia multiplicato terreno pane aluisti, extremum opus videatur: tamen multo plus fecit Moyses, qui pane coelitus dato, per annos 40. vniuersam gentem nostram aluit: neque tamen idcirco missum se à Deo in quem crederent, tanquam in filium eius, iactauit. Huic Iudaeorum obiectioni, respondet Christus; *Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de caelo; sed pater meus dat vobis panem de caelo verum. Panis enim verus est, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo.* Obsecrantibus autem Iudaeis, ut eum verum panem acciperent, reponit Christus, *Ego sum panis vitae: qui venit ad me, non esuriat, & qui credit in me, non sitiet in aeternum.* Ex his verbis ut Rupertus l. 1. in Matth. ad illud *pariet autem filium*, rectè notauit; liquidò constat, Christum asserere, se esse verum panem Angelorum à Dauidè propositum, iis verbis quæ Iudaei allegauerant, & quæ de manna pane celesti patribus indulto diuinis, typicè vera erant, in ipsomet Christo expressa haberi, non iam in typo, sed ad solidam veritatem. Neque verò referuntur hæc à Christo, ad Eucharistiam nondum institutam; sed ad ipsum Christum prout per Incarnationem est panis verus animarum nostrarum; de quo pane primum agi eo 6. capite, notatum est superius. At enim Christus, panem illum verum à Patre dari, & se esse eiusmodi panem in quem credendum esset; seque de caelo descendisse, darèque mundo vitam: quæ omnia in presenti vel præterito tempore tunc prolata, Christum in eo statu quem dixi spectabant, non autem in Eucharistia. Id quod optimè vidit S. Ambrosius l. de bened. Patriarch. cap. 9. Neque tamen idcirco diffitemur, esse quoque manna, typum Christi in Eucharistia; quod ad eodè protitum est, ut piget ferè de eo monere. Videbis Rupertum l. 3. in Exod. cap. 13. Turrianum l. 2. de Euchar. cap. 1. & 2. Viegā in cap. 2. Apocal. comment. 3. sect. 4. Magalianum in c. 5. Iosue v. 12. annot. 24. Non exclusa igitur panis Eucharistici adumbratione in manna, hoc vnum affirmo; Christum extra Eucharistiam, prout fidei nostræ obiectum, appositè per manna exprimi: idque à Christo ipso Ioan. 6. traditum esse: & siue finem in quem manna suppeditabatur spectemus, siue eius effectiōnem, perbellè Christo respondisse.

*Quia est cibus populi Dei in deserto.*

313. Et hinc quidem, perspicuè idem est utrobique; nempe alimentum populi Dei in deserto. Esse enim hanc vitam, præsertim iustis, desertum quoddam, in quo animabus aliando pabulum non suppetat quàm ex diuina largitate, rectè in hanc rem obseruauit ve-

terum perique. Videndus S. Chrysostomus hom. 23. ad Ephes. in morali, & Petrus Damiani ser. 40. tractans ascensum spontè de deserto. Non inficior, Christum de caelo non iam oculis fidei, sed perspicuè & reuelata facie contemplandum, dici quoque manna: hoc est enim manna illud nunc absconditum, nec nisi fide peruium, quod iustis in caelo esse repositum, Ioannes in Apocalypsi testatur. Sicque perficitur quod Plates Psal. 30. pronūciat, *quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti timentibus te: Perfeciſti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum: id est ex aduerso angorū quos ab hominibus nequam exceperunt, dabis eis multitudinem dulcedinis perfectam & cumulatam, quæ verè queat manna dici: ipsum scilicet Regem in decore suo, quem & ut Deum, & ut hominem clarè conspicient, & eo ipso beabuntur.* Quamvis igitur hoc manna, in caelo quoque sit cibatum beatos, tamen quæ ex parte peregrinantibus per hoc desertum alendis prouisum est, perbellè cum manna typico conuenit. Firmat quod diximus figura vniuersæ mannae plenæ, quam exhibet Villalp. l. 2. appar. disp. 4. c. 27. in peruestulo nummo æreo, à Samuele (ut putat) cuius, addita hac epigraphæ, *redemptus es*, hoc est ereptus à fame. Id enim nobis viatoribus, redemptione sua copiosè præstitit Christus Dominus.

*Et quia Christus, panis absque satione, verè de caelo.*

Effectio verò Hebraici manna, quomodo cum effectiōne Christi consentiat, accipe ex Nysseno 8. de vita Moysi. [Celestem (inquit) cibum, nulla nobis satio, agriculturæ artibus produxit. Sed panis est absque satione, absque aratione, absque alio humano opere nobis paratus. Is desuper defluens in terris, inuenitur: panis enim qui de caelo descendit, qui verus cibus est, qui ænigmaticè hæc Historia significatur, non incorporea quadam res est. Quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet? res verò quæ incorporea non est, corpus omnino est; huius corporis panem, non oratio, non satio, non agriculturarum opus efficit, sed terra intacta permansit, & tamen panis plena fuit, quo famelices, mysterium Virginis perdocti, facile saturantur.]

Scitè Rupertus in c. 1. Matthæi ad illud *pariet autem filium*, idipsum annotauit; obseruans idcirco dixisse Platem, cum de huius panis effectiōne ageret, *ianuas caeli fuisse apertas.* [Beata Maria (inquit) celi illud est, de quo fuerat præscriptū. *Et ianuas caeli aperuit, & pluit illis manna ad manducandū.* Si enim cuiuslibet iusti anima celum est, quanto magis hæc singularis Dei habitatio vel sedes? Quot autem vel quæ sunt ianue huius caeli; quas Dominus Deus aperuit? Duæ; altera mentis, altera ventris. Ianuam mentis, Deus aperuit, quia beata hæc credidit quæ dicta sunt ei. Ianuam ventris aperuit, quia sine viro concepit, virgo peperit, & post partum virgo permansit. Quis enim alius nisi Deus, ianuam ventris sic aperiret, ut pareret, & virgo permaneret? Ad literam, quod ianua caeli sine apertæ ad fundendum cibum illum qui manna dictus est, hoc est quod è nubibus stillat Angelorum opera, dictus est cibus ille, panis Angelorum. Id verò multo melius in cibum de quo agimus cadit. Est enim Angelorum ipsorum cibus, quandoquidè & ipsi quoque desiderant in Christum prospicere, etiam prout hominem. Quo aptè accommododes, quod Rabbi Moyses Gerondenſis apud Paulum Burgenſem additione ad c. 16. Exodi affirmat; nempe idcirco verus manna dictum est panem Angelorum, quia Angeli reficiuntur diuino lumine, quod per voluntatem Dei incorporatum est, & factum manna. Absurdum hoc, de præſco manna: de nostro verissimum, in quo diuinum lumen, Dei Verbum, carni ac corpori est conignatum.

Tempus



Tempus & dies demissi manna, ad Christum aptata.

114. Ipsam tempus quo manna defloebant, Christi adventum aptat Orig. hom. 7. in Exod. Præfatus enim carnes datas fuisse vespere, quia pridie diei quo manna defloebat, ceciderunt coturnices, subdit. [Sed & mane, defloebat, ceciderunt coturnices, subdit. (inquit) *replebimini panibus*. Nobis in quo positus est panis? Verbum Dei est. Ipse enim est panis vivus, qui de cælo descendit, & vitam dat huic mundo. Sed quomodo dicitur mane dari hunc panem, cum adventum eius in carne, factum dixerimus ad vespem? hoc modo intelligendum puto: quod ad vespem quidem vergentes mundi, & propè finem cursus sui positi, domum venerit, sed adventu suo, quoniam ipse est Sol iustitie novum credentibus reparaverit diem. Quia ergo novum mundo scientiæ lumen accendit, suum quodammodo mane efficit, & suum manè tanquam iustitie Sol produxit, & in hoc manè replentur panibus qui eius præcepta suscipiunt. Nec mireris; quia Verbum Dei & caro dicitur, & panis, & lac dicitur, & holera dicitur, & pro mensura credentium, vel possibilitate fumentum diversè nominatur. ] Ipsam quoque diem quo primum descendit manna, Stephanus Cantuariensis in Tylmanni allegorijs ad cap. 16. Eundem, notat respondere dei quo Christus visitavit nos orens ex alto, quem observat fuisse diem Dominicum. Idemque notat Hilarius Diaconus, 1. Cor. 10. innotans illud, omnes eandem escam spiritualem manducavisse.

Item forma & gustus manna.

315. Quod autè manna dicitur iacuisse ut ros, idem Stephanus ad Incarnationem item refert, quam *ros* nomine in scripturis esse adumbratam, probat ex verbis illis Elia, *ros autè calis desuper*: huncque etià ait esse rorem illum de quo scripsit Ecclesiasticus *ros obitans arbori venit, humilem fecit Aquilonem*. Id est, (inquit) beneficium Incarnationis obitans ardori victoriam, humilem fecit Diabolum. Sed suavius & in rem nostram expressius est, quod de hoc rore habet Rupertus libro 1. in Matth. verbis illis [Secundum similitudinem illud facti quod ita scriptum est: *Mne quoque ros iacui per circuitu castrorum: cumque operisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minimi, appellatiq; (ait Scriptura) domus Israël, nomen eius Man*. Secundum similitudinem, inquam, illius signi, factum est hic. Spiritus sanctus superavit in beatam Virginem, qui in Sactis Scripturis per rorem solet significari. Et hoc fuit utique rorem iacere in solitudine, visceribus infundi Virginis solitudo, nullique viro pervia. Ille iterum virginem celitus irroravit, non de sua substantia, sed de naturali humore ipsius incorruptæ carnis. In quo mira & magna distantia est, ab omni conceptu vniuersæ carnis, quia vini sementinam Sacri corporis, non vit extrinsecus accedens, sed Spiritus sanctus intus operans excitavit. Tunc in eadem solitudine apparere minimum, hoc fuit adesse in eodem secreto Verbum sublimissimum atque fortissimum, quod eidem se humori miscuit tanquam coagululum.]

Quid si cum Balduino in Tylmanni allegorijs ad 16. Exodi & Gilleberto in altercatione Synagoga & Ecclesie, cum de argumentis ex libro Exodi cap. 9. & laze Philippo Abbate Tomo 2. moralis in Cant. quod manna minutum & quasi pilo tulum exhibetur, referamus potius ad Christi visitationem in speciem, atque presertim quibus & ipsum in corpore suo, & doctrinam eius ac fidem, pilam persecutionum & contradictionum expectari, sicque valde cõrundi contigit: Christus enim ut idem Baldouius rectè ponderat, propter nimiam exiguitatem, Infidelibus fuit contemptus: indidemque

Theoph. Raynaud. Christus.

est, quod fidelibus, subtilis & propè imperceptibilis obijcitur: Contulit verò est per multiplices impugnationes. Quamquam possit etiam contulio, ut idem attigit, referti non commodè ad euoluta & semota à Christo in volucria typorum & Prophetiarum, quibus tanquam folliculis divinum hoc semen abdebat S. Anibrosius epist. ad Irenæum cur manna minutum esset, hanc causam reddit. [Quia & granum Sinapis minutum est, quod comparatur regno cælorum, & fides quæ sicut granum est Sinapis, potest montes tollere, & iactare in mare. Et fermento simile est regnum cælorum, quod abscondit mulier in farinæ mensuris tribus, donec fermentatur totum. Et Moyses caput vituli aurei comminuit sicut puluerem, & misit in aquam & dedit populo bibere (Incassatum enim erat cor eorum perfidia & immanitate) ut emollietur, & fidei sumeret subtilitatem. Denique illa mulier quæ benè moluerit, assumetur, ea autem quæ malè moluerit, derelinquetur.] Sic contulio manna, non erat tamen ut farina, sed specie coriandri; quod S. Cyrillus 1. 3. in Ioan. cap. 3. refert ad vim frigidissimam coriandri. Similiter autem Christus in nobis passionum ardore frigiditate sua restinguat.

Erat manna gustus suavisissimi, & quasi similis cum melle; quod Rupertus ad Christi compositionem egregiè accommodat 1. illo 1. in Matth. ad illud *vocabitur nomen eius Emanuel*, sic scribens. [Quid enim est iuxta mysterium supradictum, simili cum melle, nisi caro huius Emanuel cum divinitate? Qualis est gustus, ubi talis Emanuel videtur? Etenim visio eius, & Sanctorum Angelorum, & omnium beatorum Spirituum, siue hominum, vitalis est cibus, & immortalis indeficiens gustus: quod nos & si credimus, & utrumque scimus, tamen impossibile est scire sicut est, donec videndo, manducemus, atque ita manducando experiamur, quia verè est simila cum melle, id est vera & munda est humanitas, cum dulci & suavi divinitate.] Quod verò manna ad quod quisque volebat converteretur, ut habet Sapiens, hoc Gregorius Nyssenus de vita Moysis eatenus in Christo habere locum notat, quatenus Christus est infansibus lac, infirmioribus olus, perfectis autem solidus cibus: ac proinde omnibus sit omnia. Stupemus autem cum colligentes ac gustantes, & dicemus *manu*, *Quid est hoc?* Tot enim noua in huius panis confectione contigerunt, nominatimque partus Virginis præter & contra naturæ morem quo hanc admirationem refert loco allegato Rupertus, ut cogamur exclamare, *quid est hoc? quis audiret unquam tale?*

Ac denique vespertina manna collectio, & vetita in crastinum asseruatio.

316. Sed & quod manna colligendum erat vespere, nec seruandum usque mane, laudatus supra Baldouius præno Origene hom. 7. in Exod. refert ad necessitatem cuique per huius vitæ tempus fidem & observantiam Christi, quam qui usque ad mane differunt, graves de tali beneficii contemptione pœnas dabunt; quod est adumbratum manna mutatione in vermes, ut idem Baldouius admonet. Sed pereleganter S. Maximus hom. 1. in Psal. 21. verbis illis. [Legimus in libris Moysis, de manna vermiculos procreatos: digna planè & iusta comparatio. Siquidem de manna vermiculus gignitur, & Dominus Christus de virgine procreatur. Quin potius ipsam Mariam manna dixerim, quia est subtilis, splendida, suavis & Virgo, quæ velut calitudo veniens cunctis Ecclesiæ populis cibum dulciorem melle defluxit; quem qui edere aut manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit; sicut ipse Dominus ait. *Nisi quis manducaverit meam carnem, & biberit meum sanguinem, non habebit vitam de semetipso*, sed potius ipse cibus in iudicium converteretur, sicut

Gg 2 Apa



Apostolus dicit. *Qui manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat.* Quod filius Israël subtiliter prophetatum est in veteri testamento. Manna enim illis contra diuina praecepta tractantibus, vermes effecti sunt, id est contumacia vltiores & iudices. Quae similitudo, Christum indicat Dominum, quem qui suauem cibum & dulcem potum haurire neglexerit, iudicem patietur, sicut ipse ait; *Neque enim pater indicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio suo.*

Aliter S. Cyrillus, quod manna Hebraei seruare in diem crastinum extra parasceuem vetabantur, l. 3. in Ioan. cap. 3. 4. sic exponit. [Sensibile illud manna, intelligibile hoc figurabat. Est autem intelligibile manna, ipse Christus: sensibile verò rudior legis disciplina. Ad dies autem singulos colligebant, & in crastinum reseruare vetabantur. Quia Saluatoris aduentu, figurae legis cessant: & colligere inde alimenta non possumus, ipsa veritate nobis, & pane caelesti ad fruitionem propolitis. Die autem sexto parent quod inferant, & sic duplum quā colligere solebant per singulos dies. Considera diligenter, quia septima die sensibile manna colligi noluit, sed pridie collecto vti iussit. Septima enim dies, Saluatoris tempora significat, in quibus significatis Sabbatissimum peccatorem agere debemus, alimenta fide ab ante collecta quoque legis cognitione accipientes non tamen necessario modo colligimus, qui verum cibum habemus, & panem de caelo retinemus: duplici autem mensura ante septimam manna colligitur, quia tempore legis exacto, & septima, id est, Christi aduentu incipiente, duplici quadam gratia, legali scilicet Evangelica, in fide homines roborantur: quod per parabola Dominus docuit. *Omnia scriba regni caelorum discipulus effectus, diuitis hominis similis est, quia ex thesauro suo noua & vetera producit.* Veteta enim legalia sunt, noua verò Christi. Scit D. Damascenus hom. de Sabatho sancto, quod manna vespere Sabathi in parasceue recondebatur; refert ad hunc contextum sepulchro Christum: id quod etiam habet S. Chrysostomus orat. de serpente Moysi. Alternatum in vna manna, sic ad Christum aptat Admod. Laufer. hom. 1. de Deip. in fin. Vna aurea Beata est Maria, aurea per excellentiam vitae, aurea per integritatem & puritatem; aurea per plenitudinem gratiae. Haec vna manna reconditum habuit, quem panem Angelorum, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo, Sacrosancto gessit in vtero.]

#### Vsu doctrinae.

317. Est itaque Christus verum manna, etiam extra Sacramentum, & praecise ratione Incarnationis. Sic enim cibis hic suauissimus, praeparatus est à Deo in dulcedine sua, non cuius, sed pauperi, ut habetur Psalm. 67. quod non aliud fere videtur, quam quod à Gregorio Nysseno traditum est l. de vita Moysi verbis illis. [Illud verò praetermittendum nullo pacto est, quod posteaquam mare transierunt, postea quam amaritudo aquarum sitientibus virtute ligni in dulcedinem conuersa est, postea quam deliciosè apud fontes & palmas fuerunt, postea denique quam ex lapide biberunt, tunc quae ab Aegypto viatica & cibos sibi assumpserunt, penitus eos defecerunt; tunc omni nutrimento quod ab Aegypto ferebant absumpto, desuper sibi defluit cibis variis simul & simplex. Simplex visu atque vnicius. Qualiter varius. Ad singulorum cupiditates se vertens, quid igitur hinc discimus? Quod oporteat videlicet fide, baptismo, labore, omni virtute, omni Evangelica doctrina, mundos puròsque animos nostros facere, ita ut omnino alienigeni mores, & Aegyptiaca vita, vitiis scilicet omnium turba, nos deficiat, & demum depurato defecatoque animo celestem cibum esse suscipiendum, quem nulla nobis fatio, agriculturae artibus produxit.] Hic esto doctri-

nae de Christo manna, fructus reuera exquisitis & insignis.

#### CAPVT III.

##### In vino adumbratio finalis & effectricis cause Christi Domini.

Non minor sitis urgebat vniuersum orbem terrarum ante Christum, quam fames: nec sitis aquae corpora dumtaxat excrucians, sed qua etiam animae deficerent & exarescerent. Itaque prouidit optimus Deus tantae sitis remedium; illudmet videlicet quod fami; nempe Christum suum; qui ita panis est, ut simul sit vinum inebrians ebrietate sobria spiritus. Omnia enim Christus est nobis, ut suauissimè dixerit S. Ambrosius l. 3. de Virg. sub medium.

##### Christus panis, & vinum, iuxta triplicem vini statum.

318. Praenunciauit optimè panem hunc inebriantem, Oleeas cap. 14. cum intendens in Christi tempore, dixit in persona Dei, *Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontanea*, id est absque eorum merito, praeueniam illos meis donis, *quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israël*, refrigeriū illis praestans, ut fecit quantus similis filio Dei, ad cuius aduentum, tres pueri experti sunt medium fornacis quasi ventum roris flantem. *Germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius ut Libani*; excrecet in amplitudinem & proceritatem praecellentium Libani arborum. *Ibunt rami eius, conuertentur sedentes in umbra eius, vident tritico.* Quid mirum si in mortalium nutritione per triticū, ut signatim id monitum oportuerit, equidem non appareret, nisi ex versione 70. Interpretum disceremus, magnum aliquod arcanum subesse verbis illis ex mente Spiritus sancti. Non enim simpliciter verterunt *viuent tritico*, sed *inebriabuntur frumento*. Vnde habetur, hoc frumentum, & panem diuinitus prouidendum in lege gratiae, hoc est Christum, cibum simul & potum fore. Idque etiam praesignatum est in manna; in quo aiunt Hebraei apud Autorem fasciculi myrrhae, erat panis & aqua; erat humidum per se, & quando descendebat, rorem habebat subter, & rorem supra. Videbis Genesiarum in Psalm. 94. n. 10. Itaque exposita iam mannae allegoria, videri poterat praetercunda haec comparatio. Nihilominus ad commodiorem tantae rei intropectionem, exposita adumbratione finis & effecttionis Christi in pane, eiusdem finis & effecttionis adumbrationem in vino, videamus.

Potest autem vinum in triplici statu considerari; nimirum primò intra botrum; secundò extra botrum iamque ex eo expressum, sed purum & impermixtum; tertio ut aqua mixtum. In quolibet illorum statum, magnae vino affinitas cum Christo Domino, quoad finem & productionem suā. Attingit hoc egregie quoad primos status, Nyssenus sub finem homin. 3. in Cant. tractans illud *Botrus Cyprī, dilectus meus*, ubi diuinam vitam in omnibus domus lateribus extensam, & per dilectionis pampinos circumuolutam vitam describens, ait. [Quis est adeo beatus, imò verò quis adeo omnium superat beatitudinem, ut in se suum fructum videns, suae animae botros, videat vineae dominum? Vide enim quantum creuit, quae in sua nardo sponfi bonum cognouit habitum, myrrha quae seipsam fecit odoriferam, & cordis fasciculo complexa aroma, ut sibi perpetuo permaneat, bonum nunquam expicandum, sit mater diuini botri, qui ante passionem quidem excipit, & id est, florebat, in passione autem vinum effundebat. Vinum enim cor laetificans, fit & nominatur sanguis vitae post passionis oeconomiam. Cum autem botro frumatur dupliciter, nempe & cum flos bono odor-







321. Latebat intra hunc botrum divinitatis substantia; sicut vini liquor in botri pulpa. Quod si verbum externum comparatum ad internum, est germanum Christi symbolum, ut tractatum est superius: necesse profecto est, botrum esse quoque symbolum Christi. Nam botrum esse veram externi & interni verbi simul compactorum imaginem, S. Augustin. in Psalm. 8. pulcherrime sic docuit, componens Christum cum vna. [Verbum itaque divinum, cum enunciationis necessitate usurpat vocis sonum, quo in aures perveniat audiendum; eodem sono vocis tamquam vinacis, intellectus tamquam vinum includitur, & sic vna ista in aures venit, quasi in calcatoria torculariorum. Ibi enim discernitur, ut sonus vsque ad aures valeat, intellectus autem memoria eorum qui audiunt, velut quodam lacu excipitur, inde transeat in morum disciplinam & habitum mentis; tamquam de lacu in cellas, in quibus non aperit vetustate firmabitur. Accipit namque in Iudaeis, & hoc aceto Dominum potauerunt.] Iure igitur Christus, ex Deitate & humanitate eam veluti conuolvente compositus, tamquam ex interno verbo per externi vestem obductus, vocatur *vna*: Ea quae ex causa, Christus sic compactus ex gemina substantia, *botrus Cypri* dicitur in Canticis; sanctus quidem Bernardus serm. 2. de cena Dom. existimavit, botrum Cypri dictum esse Christum, secundum Deitatem. Alanus tamen Cant. 1. ad illud *botrus Cypri dilectus meus mihi*, & Ambros. serm. 7. ac Prosper pag. 2. de promiss. c. 9. passimque alij, ad humanitatem potius referunt: in qua vinum laetitiae quasi concarnatum, & acino carnis circumamictum ac contextum est.

#### *Torcular botri Christi.*

322. Suffragantur quotquot prelo Crucis atque torculari, ad huius vini expressionem adhibitum dicunt, ut Augustinus serm. 100. de temp. & Petrus Damiani serm. 90. qui Christum botrum exhibet, pedibus Iudaeorum atque Gentilium in Crucis prelo calcatum, ex quo pretiosi sanguinis vnda profluxit, quae mentes hominum male sobrias, vino spiritualis gratiae salubriter debriauit. Praecesserat vindemiatio (iuxta Richardum à S. Laurentio lib. 1. 2. particula 6. hori conclusi,) cum Christus comprehensus est, & iuxta Isaiam cap. 53. abscissus de terra, ut ad prelo & pressorium Crucis, (sic bonus ille Auctor latinitatem calcans loquitur,) deportaretur, ubi torculari, id est premi intra illud torcular posset, ad succum redemptionis nostrae exprimentum. Quod aliis verbis pulchre dixit Autor sermonis singularis de cena Domini, apud Bernardum, sic loquens ad hominem ex Christi persona. [Ego botrus carnis, pro salute tua portatus sum ad torcular Crucis. Inde eliquatum est mustum tuae redemptionis.] Audi etiam Athanasium q. 110. ad Antiochum, ubi proposita quaestione, quae sint illa torcularia quorum in quibusdam psalmodum titulis est mentio, respondet, esse. [Ecclesias in quibus vinum funditur. Veluti sacrosanctus Domini nostri Iesu Christi sanguis effunditur & sanctum corpus eius immolatur. Quod verò dicit Esaias Propheta: *Torcular ego calcavi prorsus solus*, hunc habet sensum: Sicut torcular est receptaculum, & in eo calcantur botri; sic etiam Christus concaleuit inimicos suos tum intelligibiles, tum sensibiles. Dicimus autem & hoc, quod botrus & vna Christus est, qui seipso comminuto, voluntarie pressus est, & ex morte sua distillavit divinum mustum, suoque seipsum sanguine rubere fecit. Est verò omnino solus. Nam solus ipse Christus, pro nobis mortuus est.] Non multum abest Clemens Alex. II. paedag. c. 2. sic scribens, [Naturalis & sobrius potus scientibus necessarius, est aqua. Eam ex praecepta petra manantem, veteribus Hebraeis vinicum ac simplicem temperantiae potum suppeditavit Domi-

nus. Oportebat autem eos, ut potè errantes, esse maxime sobrios. Postea sancta vitis botrum germinavit propheticum. Hoc signum est, ijs qui ad quietem ex errore instituti sunt, magnus botrus, nempe Verbum pro nobis expressum.]

Non abs re, hinc graues Patres admonent Christianum quemlibet, ut si Christo conformari velit, non refugiat pressuras torcularum quibus bonus Christi fructus ab integumentis purgetur, ut dissert S. Augustinus ad titulum Psalm. 8. potèstque eodem referri, quod mox addit de torcularibus martyriorum [in quibus tamquam afflictione persecutionum calcatis ijs qui Christi nomen confessi sunt, cum mortalitatem eorum tamquam vinacia in terra remanserunt, animae in requiem coelestis habitationis emanauerunt.] Hæc si paulò laxius accipiamus, ira ut ad martyrium quoque latè dictum pertineant, ad omnes æquè fideles, in pace licet Ecclesiae viuentes accommodari poterunt, ut lac monstratum est in opere de martyrio p. 1. cap. 1. Et quæ per se manifestum. Nemo quippe est Christianorum, cui martyrium aliquod non sit subeundum, atque adeò nemo est ad torcularum pressuram immunis, si Christo conformis, & passionum eius locus esse velit.

*Vinum è botro expressum, imago Christi, etiam iuxta illos Patres qui sanguinem eo adumbratum dicunt.*

323. Alterum vini statum, aiebam esse, vini iam expressi è botro per calcationem aut prelo, sed puri ac impetriti. Vinum sic consideratum, nonnulli Patres videntur ad solum Christi sanguinem referre. Clemens Alexand. II. paedag. c. 2. [Etiam si aquam vinum in nuptiis fecerit, non tamen permittit inebriari: quod erat autem aequum sensus legis, viuificauit; operatorem scilicet ex Adam, cum vniuersum mundum repleuit sanguine, & potum vitis veritatis, temperamentum Veteris legis & Verbi noui, ad praestitum temporis complementum, pietati ac Dei cultui praebeuit. Mythicum ergo, signum sancti sanguinis, vinum, scriptura nominauit.]

Origenes insigniter hom. 16. in Num. ad illud, & sanguinem vulneratorum bibet, hæc exponens de Christi sanguine quem sugimus, & in quo confederamur in Sacramentis, de quæ Apostolorum doctrina, ait, quod Christum, hunc esse sanguinem vnae, toties in Scripturis prænunciatum.

Iustinus in colloq. cum Tryphone, tractans locum ex Genes. 49. sic habet. [Item quam è Mose retulimus, Patriarchæ Jacob prædictio: *Lanabit in vino stolam suam, & in sanguine vna amictum suum*; Significabat abluendos ejus sanguine quotquot in eum crederent. Nam Spiritus sanctus, stolam vocat eos qui per ipsum remissionem peccatorum accipiunt, quod his semper adfectus potentia; & manifeste in secundo aduentu aderit. Ceterum sanguis vnae, non temerè dictus, significat; habere quidem Christum sanguinem, non tamen ex humano semine, sed ex Dei potentia. Sicut enim vitis sanguinem, non homo sed Deus genuit, sic Christi sanguis, non ex humano genere, sed ex Dei virtute proventurus prædicebatur. Hæc est amici prophetia; ex qua dicebam liquere, Christum non esse hominem, ex hominibus communi hominum morte genitum.] Rufinusque inferius tractans illud Esaiæ *generationem ejus quis enarrabit*, ita scribit. [Hæc nonne ita videntur, quasi genus ducat non ex hominibus, cum dicatur propter populi peccata morti addictus à Deo; De cuius sanguine Moyses quoque, ut meministis, loquitur, dum ait, cum lauare stolam suam in vna sanguine; figuratè subindicans, hunc sanguinem non esse oriundum ex humano semine, sed ex Dei voluntate.] Eodè quoque aptat, quasi eundem facientia sensum, illa Psalm. 109. *Ex utero ante luciferum genui te*: quibus æquè ferri cœnt, [quod superius,



superne, per venter humanum, Deus & pater vniuersorum, erat Christum progenerunt.]

324. Eodem modo philosophatus videtur Nouatianus lde Trinit. cap. 16. propositum ex Genesis 49. locum expendens, & monstrans, Verbum diuinum carnis fuisse amictum tamquam stola, eamque sanguine per passionem crucentasse. [Si stola (inquit.) in Christo caro est, & amictum ipsum corpus est, requiratur quisquis est ille cuius corpus amictum est, & stola caro. Nobis enim manifestum est, carnem stolam & corpus amictum Verbi fuisse: quique sanguine, id est vino, lauit substantiam corporis, & materiam carnis abluit, ex parte suscepti hominis passione. Ex quo siquidem lauitur, homo est: quia amictum quod lauauit, caro est. Qui autem lauit, Verbum Dei est, qui vt lauaret amictum, amicti susceptor effectus est. Merito ex ea substantia, quae recepta est, vt lauaretur, homo exprimitur: Sicut ex Verbi auctoritate qui lauit, Deus esse monstratur.]

Atque predictis S. Ambrosium, cui ex parte idem vltim lde benedict. Patriarch. cap. 4. tamen in priorum interpretatione, aliter quam superiores Patres, vinum accipiat. Verba eius sunt. [Bona stola est caro Christi, quae omnium peccata opernit, omnium delicta suscipit, omnium errores rexit. Bona stola, quae vniuersos induit veste iucunditatis. Lauit hanc stolam in vino, quando cum baptizaretur in Iordane, descendit Spiritus sanctus sicut columba, & mansit super eum. Quo significatur, quod plenitudo Spiritus sancti, indiguitas in eo fuerit, nec recesserit. Vnde & Euangelista ait: Quia plenus Spiritu sancto Dominus Iesus, regressus est de Iordane. Lauit ergo Iesus stolam suam, non vt lauit, quae non erat, sed vt nostram quae erat, sordibus abluere. Denique ait: Et in sanguine tua, anaboladiuina lauit, hoc est in passione corporis sui, diluit gentes suo sanguine. Et enim Verbi anaboladiuina, gentes sunt, sicut scriptum est: Vno ego dico Dominus, nisi eos omnes induam sicut vestimentum. Et alibi: Sicut amictum mirabilis, et non abluuntur. Non ergo sanguine proprio sua peccata, quae non erant, sed nostra quae fecimus delicta mundauit. Et bene vnam dixit, quia sicut vna, pendit in ligno. Ipse est vitis, ipse vna. Vitis ligno adherens. Vna quia lancea militis apertum latus, emisit aquam & sanguinem. Sic enim dixit Ioannes: Quia exiit de eo aqua & sanguis. Aqua ad lauitum, sanguis ad pretium. Aqua nos abluat, sanguis redemit. Et ideo ait Propheta: biberis vniuersum vinum, & dentes candidiores quam lactis significe Prophetas & Apostolos. Illi enim sicut oculi Christi, praeniderunt & annunciauerunt eius aduentum, de quibus ipse dicit: Abraham diem meum vidi, & gaudeo. Et vnus de Prophetis dicit: Vidi Dominum sub arboribus, quem videntes Spirituali letitia complebantur.]

325. His locis, Patres allegati ita vinum restringunt ad sanguinis Christi adumbrationem, vt tamen Metonymice, contentum pro continente, aut Synecdochice putem pro toto, adhiberi ab eis liqueat. Alioquin enim lauitus, generationem Christi ex Virgine absque humano semine, ex vini per vitem procreatione absque semine, confirmandam non censuisset: Neque S. Ambrosius, Christum in extremis verbis ex eo relatis, conuoluit cum vino, dicens, Prophetas ex eo quod Christum prospexissent, hilares a vino dictos Genes. 49. Fiant quod dico Eucherius, hom. 5. de Pascha. sub finem: nam tractans conuersionem aquae in vinum, ait in aquis figuram gentium demonstrari, in vino autem sanguinem Dominicae passionis ostendi: & tamen statim Sacramentis, Angustissimo inquam Mistic Sacramentis, dum vino aqua miscetur, significari nexum populi fidelis cum Christo, aquis fidelem populum delectantibus, iuxta illud quod ex Apocalypsi c. 17. profert. Aqua ista quae vidisti, populi sunt, gentes & linguae: vino autem designante Christum, quae item est vici-

illius interpretatio probata Iulio I. epistola ad Episcopos Aegypti, ac S. Cypriano Epistola 63. n. 37. & plerisque aliis quos profert Scortia lib. 4. de Mistis cap. 1. num. 5. apud quem ibidem num. 15. quod in sacrificio Christiano, non vinum sed sola aqua benedicatur, eo refertur ex Durando Minat. l. 4. ration. cap. 30. quod vinum designat Christum; qui cum sit fons omnis sanctitatis benedictione non eget. At aqua populum significat, qui benedictione indiget quamdiu militat. Propterea namque in Missis defunctorum, quia mortui ultra non egent benedictione gratiae, omittitur aquae benedictio. Quorquor igitur in his ritibus sacris; vino, nunc Christi sanguinem, nunc ipsum Christum adumbratum dicunt, firmant quod affirmabam: & sanguinem in quo est hominis anima, vt Scriptura loquitur, id est quo hominis vita continetur, accipiunt indiscriminatum pro Christo toto. Inde cum vino adumbratum aiunt sanguinem Christi, perinde est, ac si Christum dicerent in vino adumbratum. Deiparam, eadem ex causa, cellaria Regij interpretatur Philipp. Abbas Tono 5. Moral. in Cant.

Vini meri, & Christi, correspondentia, atque ad eam etiam vteri Christiani.

326. Et sunt sane vini conditiones & effecta, admodum Christo congruentia. Vinum enim quamuis vt est apud Clementem Alexandrinum 2. paedag. c. 2. contumelia affectum par pari refert, tamen haultum citra abusum, qui in omnia aequè Dei, opera vitio nostro non suo potest irepere, egregios omnino habet effectus, vt iucunditatem ei qui biberit alique praestandi, conciliandi mitatem, corpus vniuersum vegetandi. [Cum enim sit calidum, & habeat suaves succos moderate temperatos, turpia quidem excrementa liquefacit caliditate, acres autem & malos succos, bono odore contemperat.] Verba sunt Clementis loco notato, qui inde concludit, rectè proinde dictum esse à Syracide c. 13. Exultatio animae & cordis, vinum creatum est ab iniis. Hac à Christo in nobis praestari, nemo non videt. Est itaque Christus vinum nostrum, vt propterea S. Maximus ferm. apud Ambrosium 78. Agar, Synagoga typum quia Christum non accepit, magno mysterio Genes. 12. obleret ex opulenta domo dimissam cum vtre aquae, absque vino: & Iudaeos qui Christum agnoscere Deum verum & hominem noluerunt, affirmat caupones illos fuisse vinum permiscentes aquae, quos Elias c. 1. reprehendit; ab ea reprehensione immunes futuros, si Dominum Saluatorem, verè Deum agnouissent, & sinceræ eius diuinitati, turbidum quiddam ac fordidum non intulissent, criminantes quod cum homo esset, faceret seipsum Deum.

Tanta cum sit vini meri & Christi consensio, non abs re S. Ambrosius ferm. 22. fidelem qui imago Christi esse debet, vini typum esse oportere, confirmat; vt vini vice sapiat quod bonum est, & redoleat quod suauis est. Qui enim eiusmodi non sunt, sicut aqua iacent, rigent & pallent, nullius saporis, nullius odoris, nullius pretij, nec sufficiens ad vltum nec delectabilis ad reficiendum. [Fidelis autem, sicut vinum, fortis & tuber est.] Et paulo post; [Rectè vino comparatur fidelis. Sicut enim ex cunctarum creaturarum substantia, omnis res vetustate deperit, solum vinum proficit vetustate: ita ex omni genere hominum, cunctis antequam peccatis, solus Christianus proficit vetustate. Et sicut vinum in dies singulos asperitatem suam decoquens, saporis dulcedinem & suauitatem odoris acquirit; ita & Christianus, successu temporis delictorum suorum asperitatem decoquens, sapientiam sibi diuinitatis, beneuolentia Trinitatis assumit.]

327. Sit igitur Christianus vinum merum; nec cauponaria arte, misceatur vinum eius aqua, id est inter-



prete S. Maximo ferm. apud Ambrosium 8. ne rebus sanctis & feruidis, inseriat res viles & frigidas. Id quod nominatim præstare Præfules secularia tractantes, fuisse ibidem traditur. Idem facere hereticos, obseruat Irido. Pelus. l. 1. Epist. 169. quia miseros suos errores, puræ ac limpide diuinorum sermonum Sapientiæ infecerunt; proptereaque lib. 3. Epist. 125. obseruat, non fuisse à Propheta dictum, *caupones sui aquam vino admiscerent*, quod faciunt propolæ vini materialis, cum illud adulterant; sed dictum esse, *caupones sui vinum aqua admiscerent*. Hæretici namque diuina dogmata euandis cogitationibus suis admiscerentes, sacram doctrinam adulterant. Quà specie Paulum Samosatenum exhibet S. Athanasius ferm. contra omnes hæreses, dicens illum (diluisse diuinum merum verborum Apostoli; ex quo diluto cum bibisset, aqua intercere concepta, interuisse cum Aethianis.) Fuisse præterea de his cauponibus, [sincero mero, id est Dei verbo, insipidum & aquatum, id est terrenam & humanam doctrinam miscentibus.] Beatus & Elhericus l. 1. contra Elipandum p. 349. Hoc est vinum suis conuiuiis ab Ægypto & Sodoma mixtum, ut pulchrè prosequitur Philip. Abbas lib. 1. in Cant. cap. 5. Ab omni huiusmodi mixtura, & cauponatione, cum morum, tum dogmatum, alieni sint hdeles & Christi sinceritatem ac feruorem æmulari satagentes vinum se merum ac intermixtum exhibeant, Alioqui Christus eos abiiceret. Audi enim Clementem Alexandrinum 1. pædag. cap. 6. [Quamquam autem dixit; *Et panis quem ego dabo, caro mea est*; caro autem sanguine irrigatur, sanguis autem vinum allegoricè dicitur: Sciendum est quod panis in vinum temperatum minutatim coniectus, vinum attripit, quod est aqueum autem relinquit: Ita etiam caro Domini, quæ est panis cælorum, exhibet sanguinem, eos qui ex hominibus sunt cælestes, ad corruptionem entriens, solas autem illas carnales cupiditates, ad corruptionem relinquens.]

*Vinum quoque aqua mixtum, idonea Christi imago.*

318. Videor officere rationibus meis, & tertiam vini cum Christo comparisonem initio propositam, mihi ipse præcludere. Quomodo enim fuerit Christus vinum aqua mixtum, si est in ea mixtura symbolum improbitatis ac adulterationis, quæ à Christo abest longissimè; Verum quod supra per aliam occasionem monui, agens de fermento, nouum non est, ut in scripturis, res eadem penes varia adiuncta, nunc vnus nunc alterius tamen oppositæ rei, sit symbolum: ac proinde nihil verabit, vinum aqua temperatum, quod proximè vitiosæ rei symbolum esse dixi, vsurpari quoque ad Christi adumbrationem. Quinimò rem malam, in eo ipso quod mala est; & malum hominem, in actu malo, typum ac symbolum esse posse rei sanctissimæ, doctrina est grauissimorum Patrum, Augustini 22. contra Faustum c. 83; Gregorij lib. 3. moral. cap. 21. Hieronymi epist. 131. nequiquam refragante Guilhelmo Parisiensis l. de legibus cap. 17. qui nominatim Stomachant in aliquos, iuxta quos David copulans sibi Bersabæe occiso Vria, in opere tam multipliciter tamque grauiter sordente, dicitur typus Christi. Bersabæe verò Ecclesiæ gentilis, Vrias denique vir fidelis & innocens, sed ad eam allegoriam indemnem præstandam, satis esse potest quod sit S. Gregorij loco citato, & Gregorium citantis Richardi lib. 2. de erudit. inter hom. cap. 9. Multo itaque magis, vini & aquæ mixtura, quæ est ex se quid indifferens, figura & typus esse poterit Christi Domini: quamuis quia adulterium est rei ex se sinceræ, malè item sonare possit, & typus esse eorum qua præmissimus: Sanè apud Cantipratannum l. 2. apud cap. 49. n. 2. vinum mixtum, proponitur vt symbolum vniõis diuinitatis & animæ beatæ; Et

apud Honorium in Gemma animæ capite 158. proponitur vt symbolum, coniunctionis Dei & Ecclesiæ.

329. Esse igitur vinum temperatum, Christi symbolum, Clemens Alexand. 2. pædag. cap. 1. dicitur docet. Magni enim botri, succum & vix quam sancta vici germinant, sanguinem, expressum sanguinis Verbi typum statuit, quod aqua pro nobis temperari voluerit, id est homo fieri. Moxque hominem mysticam, ex spiritus & verbi mystica contemperatione existentem, describens, & diuinum temperamentum nominans; eam contemperationem symbolum esse docet, copulationis Verbi cum carne, atque adeò Christi Domini. [Etenim verè quidem spiritus, animæ quæ ab ipso fetatur, coniungitur, & familiaris efficitur: caro autem Verbo, propter quam Verbum caro factum est.] Hac ex causa præter ceteras, Christus Dominus vinum quod in cæna vltima consecrauit, admista aqua, quibus Verbi & humanitatis confectio exprimeretur, adhibuit ad tantum mysterium, quo Incarnationis Verbi memoriam voluit esse perpetuam. Eiusque mysticæ conficij Hydoparastæ propago Ebionæorum, putam aquam adhibebant in mysteriis. Ebionæos namque, quibus Christus erat purus homo, non nisi aquam, vt solam Christi naturam humanam significarent, vsurpasse in profanis suis mysteriis, auctor est S. Epiphanius. hæ. 3. o. quam perniciosam hæresim (sic enim eam nominat Chrysost. hom. 83. in Matth.) minus plenè perualuisse videtur Gennad. de Eccles. dogmat. cap. 75. cum censuit, eids autores sola sobrietatis falsos imagine, aquam putam ad sacrificium adhibuisse. Quod tamen de Entratis stabiliri vtrumque possit, per ea quæ disserit S. Epiphanius hæ. 47. tamen de aliis anterioribus, secus est. Aliud enim spectant; nimirum eam quam ab Ebione hauerant Verbi diuini & humanitatis impermitionem, suæ inconiunctionem: præter blasphemias fabulas de vino ex veneno serpentis aut draconis, quas primo illi Ebionis fundamento superstruxerunt apud Epiphanius hæ. 45. E contrario igitur S. Ecclesia factum Christi secuta, vino in mysteriis aquam admiscet; cum ad alia de quibus S. Cyprianus epistola 63. & plerique Ecclesiastici canones apud Castrum V. Eucharistia hæ. 7. tum nominatim ad eam quam dixi diuini Verbi & humanitatis confectioem significandam, vt ait N. ceph. l. 18. histor. cap. 53.

Sic habetur nobilissim. o. modo quod Iridor. Pelus. l. 2. epist. 3. & 5. dixit, de vino mixto, quod propinat sapientia. At enim aliud non esse, quàm res diuinas, corporeis velaminibus temperatas. En hic rem diuinitissimam, ipsum Verbum diuinum, corporis adiunctione temperatum. Aptè igitur vino diluto confectur Verbum incarnatum, in quam rem Richard. à S. Laurent. l. 1. de Deip. c. 4. sub finem aprat illud ex Proverb. 9. bibite vinum quod miscui vobis Anastasius autem q. 40. in Script. eodem sensu accipit illud eiusdem capitis, sapientia miscuit vinum. Eundem locum accommodat in eum sensum S. Gaudencius Tract. in illud Pater maior me est. Additque etiam alium locum ex Psalm. 74. vbi Pfalter memorat calicem vini meri plenum misto. [Est enim (inquit) Deus & homo, verumque iam Deus in Dei Patris dextera constructus, quoniam calix in manu Domini vini meri plenus est mixti. Et inclinavit ex hoc in illud: verumtamen scæ eius non est exinanita. Et quamquam suum Psalmi huius sensum, alio textu, & quidem rationabili fuisse à prioribus explanatum, ego tamen pro libertate fidei, opportunitatem dictorum secutus, traxi ad Incarnationis Dominicæ Sacramentum. Nam sic vel inclinatus vel humiliatus est Deus in homine, vt permanens Deus esset quod fuerat, hominemque propter quem se humiliauerat, exaltaret: quia ita Verbum caro factum est, vt habitaret in nobis, & ita rursus homo in Deum conuersus esset, vt in Deum quidem promotam, naturæ tamen suæ

substan



substantiam retineret, atque idem Propheta ait, quomodo calix in manu Domini vini meri plenus est mixto, & inclinat ex hoc in illud: Verumtamen sex eius non est exinanita. Vini (inquit) meri, plenus est mixti. Et mixtum perhibet vinum, & illud ipsum, merum testatur esse, ut eundem credamus Deum, quem pro nobis & hominem confitemur. Nam quem inclinat nunciat, pariter dicit & plenum, ut is qui se exinanivit, formam istam accipiens, plenus Deus esse non desinat. Habitavit enim in Christo omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia. Hunc verò calicem, bibent (inquit) peccatores terra. Rectè iuxta hunc intellectum, bibent (ait) & peccatores terra. Quia peccatores cœli, ex Angelis demones facti, salutis seculum bibere non merentur. Terræ autem peccatores, contra venena demonum morboque vitiorum, calicem salutis accipiunt, & nomen Domini invocant. Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini saluus erit. Ideo verò calix iste peccatoribus bibendus tribuitur, quia non est opus sanis Medico, sed malè habentibus. Novum (inquit) vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Tales enim sapientia Dei ad istum cratera salutis mixtionis invitat, cum sublimi voce hortatur & dicit, quisquis est inespiciens disvertat ad me, & egentibus pascam, Venite edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscei vobis. Ob hoc autem invitatur inespiciens à sapientia Dei, ut fiat periculum divinæ misericordiæ, vniuersi generaliter conuocantur. Omnes enim peccauerunt, ut ait Apostolus, & egent gloria Dei. Expresse ergo I. Gaudens, ex sua & Scripturæ mente Verbum incarnatum appellat vinum mixtum.

330. Est et sanè vini & aquæ mixtura, admodum effus datum in Christo naturarum coniunctioni. Quod enim habet multorum nunc autem sententia, vinum, & aqua cum permiscetur, non transmutatur in unum, sed amba substantiæ permanent, ut inde probat Nemesius. c. 3. initio quod spongia oleo imbuta, & papyrus, aquam puram attrahunt. Idem confirmat Philo de confusio linguae in fine, & Constantinus l. 7. Geopon. c. 8. & l. 6. c. 16. Valsq. hederaceo aquæ immixto, idem praeferat docet Plinius lib. 16. c. 3. 5. Transmutat eam aqua in vino perseverantiam, & intransmutabilitatem naturalem, Aquilinus 5. Opus. propositio 18. Dand. 2. animæ digest. 25. Buccaff. de sensu & sensu c. 30. & ibidem homo apostata, vir inutilis, Simon Simonius. Item Aegydius Coninc. 3. p. q. 74. art. 8. sed coniunctio plenissime Paulus Aneius, cum ad libros de generatione quaest. 5. 2. in peculiari tractatu de aquæ transmutatione in sacrificio. Et quamvis mihi, altera sententia concedens physicam aquæ in vinum transmutabilitatem, quæ omnium est antiquorum Theologorum ac Philosophorum, post Aristotelem 1. de generatione. c. 3. 4. videatur longè verior, & à Durando in 4. d. 1. q. 2. n. 7. ac q. 3. num. 6. valde probari videatur, ex omnibus conditionibus ad transmutationem necessariis, interuenientibus in eo euentu: tamen illud vltro standum priori sententiæ existimo, non nisi lente perfici eam transmutationem; ac vini & aquæ perseverantiam, esse valde diuturnam, & in ordinarijs ad potum mixtionibus aquam manere intransmutatam, id quod verissimum etiam censo, de aqua quæ calici ad sacrificium immittitur. Hoc autem satis esse potest ad rem presentem. Aqua enim vino penitissimè apposta, tandemque impermixta & superstes, quandiu ad potum & ad sacrificii præuiam admistionem adhibetur, illa ipsa est quam aios assumi posse ut congruum symbolum geminæ in Christo naturæ, inconfusa ac impermixta: quamvis S. Ephrem sub initium tractatus de Margarita præiosa, quia censuit vinum & aquam cum miscetur perdere naturam suam, neget compa-

rationem hanc posse esse commodam ad explicandum Incarnationis mysterium. Eaque etiam ex causa, Felix Vrgelitanus hæreticus, primis erroris sui impugnatoribus Beato & Etherio, tribuit quod adunationem duarum naturarum in Christo, conferrent permissioni aquæ & vini in vnam tertiam naturam, ut refert Paulinus Aquil. lib. 1. contra Felicem, sub initium. Sed illi aliter accommodabant hoc exemplum, & ad geminæ in Christo naturæ coniunctionem, vtrique salua & impermixta, referebant. Intima verò vini & aquæ apostolico, quam inter vniones numerat supra Nemesius, & esse omnium vnionum naturalium maximam, docet Pasch. l. de corp. Dom. 1. 1. coniunctioni humanitatis cum persona Verbi & vtriusque naturæ confubulationi, bellè responder. Demum refutatio qualitatum & affectionum vini in aquam, adeò luculenta, ut aqua abiectione connaturali frigore & insipiditate, calorem, saporem, odorem vini contrahat; quàm congruenter aperit diuinatam prærogatiuarum communicationem cum Christi humanitate ob copulationem eum verbo. Nolo tamen præiudicare alijs mysticis eiusdem mixturæ significationibus supra propositis, inter quas ea quam ex Clemente Alexandrino teruli, de hominis ac Spiritus diuini coniunctione, præclare apud Cabasilam in Liturgiæ expositione cap. 37. adhibetur, ad exponendum sacrum illum ritum, quo Græci peracta consecratione Eucharistiæ, sub momentum eius consumenda, quasi omnibus quæ ad Christum pertinent peractis, instillant tantillum calidæ aquæ in calicem, ad significandum Spiritus sancti descensum in Ecclesiam, Christo iam regresso in cœlum, & omnibus quæ ad eum pertinebant iam consummatis. Aquam enim calidam, quod & aqua sit, & ignis particeps, ut Cabasilas loquitur, censuerunt accommodatam ad expressiōnem Spiritus sancti qui specie pluvie volentariæ ignitæ, illapsus est discipulis, & Ecclesiæ quæ est corpus Christi mysticum.

#### Vsu doctrine.

Liquet ex vniuersa hac disputatione, Christum esse vinum quoddam, cuius bibendi situs flagrantissima, hominem occupare meritissimè debeat. Est enim vinum pretiosissimum & cœleste. [Quale vinum est, exclamat S. Augustinus tract. 34. in Ioan.] Vnde inebriari laudabile est: Quale vinum est quod non turbat, sed dirigit mentem? quale vinum est, quod facit perpetuò sanum, non inebriando facit insanum: Inebriatur, unde? Ab ebrietate domus tua, & torrente voluptatis tue potabis eos: Vnde? Quoniam apud te est fons vitæ. Ipse fons vitæ ambulabat in terra: ipse dicebat. Qui sunt, veniat ad me. Ecce fons.] Addamus & nos. Quale vinum est, in quo non est luxuria? Quale vinum est quod virgines germinat: lati bibamos sobriam hanc ebrietatem Spiritus. Ipsi Christi adhortatio est, in persona Sapientis, qua inuitat adhibendum vinum quod miscuit nobis: id est Verbum incarnatum, carnis humanæ adiunctione temperatum, ut interpretatur S. Hieronymus, imo Beda Prouerb. 9. & ibid. Glossa & Lyranus.

#### CAPVT IV.

Margarita pretiosa, Christi Domini: & finis ad productionis eius, Symbolum.

331. **M**onitum S. Chrysostomi oratione de S. Crucis, initio, opportunè præmittam. [Animos (inquit) intendite. Nam sunt quidam ex vrinatoribus, qui se ipsos à naue in profundum proijciunt margaritas extrahendi gratia; Nos verò naui loco, verus ac novum testamentum habemus, pro clauo crucem, pro gubernatore Christum, proreta vice Patrem, pro velis gratiam, pro Zephyro Spiritum sanctum, pro nautis Prophetas,



Prophetas, pro vectoribus discipulos, an non & nos cupido animo in pelagus intelligentiarum proiecerimus? Itaque ne voluerit negligatis, nec brutorum instat vos geratis. Scriptum est enim: *mittatis margaritas vestras ante porcos, & ne projiciatis sancta canibus.* Porcos audiens, ne veros porcos intellexeris. Nam porcos nominat, ventri deditos; carnes autem Christo in cruce oblatantes. Dignas ergo vos margaritas exhibere, quam vobis hodie apponam. ]

Huic monito subiecit verba Basilij Seleuc. orat. 39. [Ad hanc orationis partem appulsi, & ad miraculi magnitudinem respectans, prae admiratione mutus sum, & elinguis. Neque enim verbis res exequare possum. Quomodo inopinatè concelebrabo inopinam illam incarnationis gratiam? quibus laudibus afficiam fontem charitatis? quomodo profusè charitatis in homines flumen prædicabo? quomodo Virgineum pelagus audens tentabo, & magni mysterij scrutabor altitudinem, nisi me ut in experitum vrinatorem, & Deipara, doceas veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, deponere. Nisi mentis os misericordiae compleas, quo tui partus fundum pervadat; Vt tuæ miserationis luce circumfulgens in te veritatis margaritam deprehendam? Subuenta, ut veritatem consequar; ut à te doctus eloqui valeam.] Aludr Basilij, ad vium piscantium margaritas. Solent enim huiusmodi vrinatores dum margaritas venantur, quod pleno ore inulerant oleum, effundere in profundo, ut lucem sibi ad diutem prædam in obliuiscite illa concilient. Idipsum autem dimisso oleo lactifico præstantum esse tentanti è profundo mysteriorum margaritam pretiosam expiscari, monuimus huius materiz principio ex Anastasio c. 3. §. 7. Hocque est illud, quod ex interprete dixit Basilij, *os misericordiae compleas*; cum vertendum fuisset, *oleo compleas*. Quod mihi lactificum & illuminans oculos, diuinæ miserationis oleum in tenebricositate summa disquisitionis margaritæ huius cælestis, cum sanctis prædictis, humillimè apprecor.

*Comparisonis Christi cum margarita, causa varia ex Patribus.*

§ 32. Esse sanè Christum margaritam, sæpè discimus cum ex Scripturis, regnum cælorum (quo nomine Christum sæpè denotant,) cum margarita componentibus; tum etiam ex Patribus, apud quos hæc comparatio frequens est, ut videbimus. Eius autem denominationis ratio, proferri multiplex potest. In primis enim videri possit Christus margarita dici, à pretiositate. Nam [principium culmenque omnium rerum pretij, Margaritæ tenent] ait Plin. lib. 9. cap. 35. Indeque etiam assumuntur ad ornatum, quod ibidem Plinius acriter corripit. At pretiositas in Christo cælesti Margarita, fuit infinita; ut propterea ad caprandam hanc margaritam sic horretur Clemens Alexand. 2. pedag. cap. 12. [Maximi autem pretij margarita, nimis dum malebrem per summam lasciviam mirandum in modum inuasit. Ea autem nascitur in quodam ostreo pinnis non ablimili. Magnitudo autem eius est, quantus permagnus piscis oculus. Nec pudeat miseris, totum suum studium in hoc ostreo ponere, cum eis liceat sancta exornari gemma, nempe Verbo Dei, quod utique Scriptura appellavit margaritam, qui est pellucidus & purus Iesus, qui est in carne contemplator oculus, qui est ratio, qui perspicuus, per quem caro est pretiosa quæ aqua regeneratur. Illud enim ostreum in aqua natum, carnem contexit; ex ea autem margarita concipitur.]

Quid si etiam margarita dicitur Christus, tamquam res desideratissima & verè *votum mundi*, ut S. Epiph. har. 80. nominavit? Sic sanè Theodora Augusta, Theodosiana Antoninæ concubinam, ei post longa

desideria exhibens vocavit *gemmam* apud Procopium sub initium histor. arcanæ. Proclus quoque in S. Chrysostomi panegyrico vocat eum *prædicationis margaritam*, quia cupidissimè audiebatur. Posuit etiam Christus margarita dici, eo quod innumeris margaritis doctorum cælestium colluceret: Ea ferè ratione quæ Pelagia quondam æretrix, ut in eius vita recitat Iacobus Diaconus cap. 8. rogata à S. Nilo quod ipsi nomen esse, respondit [naturali nomine Pelagia vocata sum, à parentibus meis; ciues verò Antiochiæ, Margaritam me vocant, propter pondus ornamentorum, quibus me adornauerunt peccata mea. Ego enim eram ornamentum & promptum ergasterium Diaboli.] Recole quæ ibid. cap. 2. de Margaritarum queis collucebat copia, ab autore vitæ produntur.

Potuit item haberi ratio abditæ hic per vniuersam ferè vitam Christi maiestatis, & vili carnis integumentis conclusæ, tamquam ostreo. Sic enim S. Chrysostomus hom. 7. in ad Coloss. ad illud, *vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Quid sit hæc cum Christo iustorum absconditio per huius vitæ tempus, declarat exemplo margaritæ, quæ abscondita est quousque in ostreo fuerit. Theodoretus item ferm. 9. de provid. inde colligit iudicii necessitatem, quod contingat iustorum plerisque, hic ignotos profusè latere, & margaritæ in profundo adhuc delitescenti, & ostreo conclusæ simillimos esse. Christum itaque, qui per hanc vitam fuit inglorius, & inter latrones vitam posuit; exemptus verò huius mortalitatis veluti cochlea, honore & gloria coronatus est, margaritæ non abs te collatum, quispiam dixerit. Videturque eò respexisse Anast. Synaita l. 5. hexaëm. cum Christum vocavit [margaritam paterni fulgoris, in aquis absconditam.]

Fuerit etiam qui splendorem margaritæ, ad Christi compactionem referat, cum S. Cyrillo epist. 17. Paschi. ubi nexum diuinæ & humanæ in Christo naturæ, consimilem esse docet nexui fulgoris gemmarum, & substantiæ quam is fulgor imbuat. Quemadmodum enim ipsa per se spectata margarita, aut quilibet alia gemma, [subternitur lumini quod in ipsa diffusum est, vnum tamen ex utraque suppositum intelligitur; tollit verò ipsius rationem penitus hæc diuisio, (si mente fiat, ut præmiserat,) atque ad informem turpitudinem, quæ inimicem fuerant copulata, deducit: Sic etiam de Christo dicimus.] A fine est quod secundo loco Elias Cretensis ad primam Nazianzenæ orationem ait, dictum Christum margaritam, quia ut margarita in carne est & ostreo, atque in locis humidis preceata, corpus purum ac pellucidum esse videtur luce ac Spiritu plenum; sic etiam incarnatum Dei Verbum, lumen intellectuale est, quod per mortale atque humidum corpus exsplenduit. Audi etiam S. Augustinum l. 99. ex Matth. cap. 13. [Est Verbum Domini lucidum candore veritatis, & solidum firmitate æternitatis, & vndique simili pulchritudine diuinitatis, qui Deus penetrata carnis testudine intelligendus est: Ille enim ad margaritam ipsam iam pervenerat quæ in regum mentis mortalitatis, quasi concharum obstaculo, inter profunda huius sæculi, atque inter duritias faxeas Iudeorum aliquando latuerat. Ille ergo ad ipsam margaritam iam pervenerat, qui ait, *Et si non eramus Christum secundam carnem, sed nunc iam non novimus.* Nec vllus omnino intellectus margaritæ nomine dignus est, nisi ad quem discussis omnibus carnalibus regiminibus pervenitur, quibus siue per vbera humana, siue per similitudines circumpositas operitur: ut purus, & solidus, & nulloquam à se dissonans, certa ratione cernatur.]

Aliunde causam reddit cur Christus margarita dicatur, Isidor. Pelos. lib. 1. epist. 182. attingens enim parabolam de margarita pretiosa Matth. 13. propositam, hominem negotiatorem qui omnia sua diendit ad comparandam margaritam pretiosam, interpretatur [nomen]



[nomen Domini populum, qui paternam & substantiam & religionem continent, ac Dominum gloriae quaerit. Margarita autem idcirco appellatur Christus, quia divinitatis profundo copulatus est, sicutque piscatoribus atque ipsius interpretibus cognitus.]

*Præcipua, Christi & Margarita, affinis effectio. Margarita ex fulgetra & aqua, efformari statuitur.*

333. Veram primatiam, & apud plures Patres celebratam huius denominationis ratio, illa est, quæ ex consimilitudine Christi & margaritæ effectione ducitur. Hæc vero triplex proferitur iuxta tres sententias. Una ex fulgetra & aqua gignitur margaritam. Altera ad rorem cælestis immisilum, procreationem eius refert. Tertia ex substantia conchali margariti feri, absque matre, procreari statuit margaritam.

Ex primo modo exponendi margaritæ generationem, hanc Christi denominationem primo loco obiter explicavit Elias Cretensis ad orationem proximè adductam: plenius verò Patrum plerique, quorum paucos aliquot innot adscribere. Gregorius Neocæsar. lxxvi. de annunc. [Sicut margarita, ex duabus naturis, ex fulgure nimirum & aqua, oculis quibusdam indicis ac signis maris provenit; ita quoque Dominus noster Iesus Christus, inconfusè & immutabiliter ex pura ac casta & impolluta, ac sancta Maria Virgine procreatur, in Deitate perfectus, & in humanitate perfectus, Patri per omnia similis, & nobis per omnia consubstantialis, omnis peccati expertus.] Et mox. [Ad Mariam Virginem, solam sanctam, Gabriel Angelus cum lumine venit, Ave gratia plena, ei adnuncians: & sic ipsa Verbum suscepit, & in tempore corporeæ completionis, pretiosam Margaritam produxit.]

Ioannes Geometra hymno 1. de Deipara sub sinem, sic eam compellat:

*Salve concha marina, ex qua verè unio natus;  
Fulgere ex dio, & purpureo latice.*

Achillas (quicumque tandem sit, auctor novatum pp. ad Antiochum) in 19. post alios huius mysterij typos, tunc quoque his verbis proponit, in quibus interpretatur Græcam *astrape* vocem retinuit, quam poterat translationem vel fulgetram dicere. [Præterea (inquit) & aliam illustrem, admirandam, & illis similem rati adumbrationem. Margarita in mari rubro generatur. Generator autem sic. Extremities matris rubri faciemus, paucorum aquarum fluxum habentes. Invenimus autem ibi marini pisces, testacea cute muniti, in toto mari illo rubro, *pinna* nominati. Stant igitur pinnae illæ semper hiantes, & expectantes escas ad nutrimentum sui. Interim dum ita consistunt hiantes, & expectant nutrimentum, & magna copia accedunt *astrape*, accedat aliqua *astrape* ad pinnam; & cum reperit pinnæ testas apertas, ingreditur in illam: pinnæ vero, contracta stant, & contracta in teipsum, innot includit *astrape*. *Astrape* verò coagulata cum pinnæ oculis, oculis pinnæ illustrat fulgore, & commutat eos in margaritas. Egressæ autem margaritæ ex pinnæ, procedunt ad litus maris illius, atque ita piscatores capiunt illas. Perinde intelligendum de incarnatione Verbi. Mare quidem est mundus, & Virgo concha. Stabat autem Virgo, quemadmodum pinnæ, in templo, & concipiebat cælestem panem Christum Deum, qui & descendens & ingressus in eam, ut *astrape*, & coadit in visceribus Virginitatis illius, & splendidam coadit ter sanctissimam carnem quam allucebat incarnatus; & sic natus est ex ea, ut pura & pretiosissima margarita, cælestis & terrena; cælestis quidem, secundum Deitatem: terrestres autem, secundum humanitatem. Et quemadmodum Margarita generatur sine congressu

su masculi & feminae, ex *astrape* & pinnæ; ita etiam natus est Christus sine congressu masculi & feminae, ex Deitate, & carne Virginis. Et quemadmodum Margarita cum sæpè conteritur; materia quidem oculorum pinnæ, conteritur & resolutur, nonne fulgor *astrape* patitur, alter vero fulgor *astrape*, impenetrabilis manet: materia autem oculorum pinnæ sola conteritur & patitur; ita & in Christo hæc intelligenda sunt. Cum enim ille Servator noster flagellaretur, & pateretur à Iudeis infidelibus excruciatum in cruce; materia quidem carnis, hoc est humanitas, sola passa est; Deitas autem impassibilis permanfit.]

Ex Eusebio (credo Casariensi) insignis in hanc tem locum habetur in Catena Corderij Lucæ 13. num. 26. Refertur partem. [Margarita (inquit) non immerito nominetur ipsum Dei Verbum incarnatum, quandoquidem margaritæ non absumit quæ in corpore quidem & concha, aut ostreo atque aquis nascitur, sed res est valde pretiosa, atque omnibus quæ in aquis oriuntur corporibus splendidior; ita ut natura sua corpus quidem aqueum, splendore verò & perspicuitate sua, lumine & spirita plenum esse videatur. Talis est etiam, incarnatum Dei Verbum, lux nova per mortale fluxumque corpus reliens. Multæ quidem fuerunt & aliæ Margaritæ, sancti inquam & amici Dei, Prophetæ ac viri iusti, qui in carne hac quasi coacti & detenti fuerunt per mortalem quam in carne duxerunt vitam; sed nullus alius præter hunc qui solus verè unigenitus est Dei Patris, tanto splendore conspicuus, tamque pretiosus, inventus est ita ut de ipso Isaias vaticinando dixerit, *Eccle ego immitram in fundamento Sion, lapidem pretiosum electum, summum, angularem, honorabilem.*]

334. Nemo plenius & accuratius hanc Christi & margaritæ collationem quoad structuram & generationem executus est, quam S. Ephrem s. rm. de margarita pretiosa. Delibo ex eo nonnulla. Contestatur S. Ephrem, margaritam, ut quemadmodum nata sit eloquatur, & mulieribus qui sub aquis sunt aduocatis, ad ruborem veræ fidei hostibus ingenerandum, subdit. [Margarita lapis est ex carnibus genitus, quoniam ex consiliis prodit. Quis ergo non credat, etiam Deum ex corpore hominem esse generatum? Illam non concharum coniunctio format, sed fulguris & aquæ commixtio. Sic & Christus in Virgine, conceptus est citra aliquam voluptatem; dum Spiritus sanctus ex eius massa assumptionem Deo constituit formamque. Margarita, neque ut mulier generatur, neque ut Spiritus in figura procedit. Et Christus non permixtus cum divinitate, neque purus est homo; neque cum immista divinitate permixtus: sed neque in figura spiritali, factus est. Margarita in hypostasi generatur, & alium per se lapidem non generat: Christus quoque non est alius, nisi ex Patre ab æterno genitus est, & ex Maria Virgine in tempore natus. Non figuram dumtaxat dictus lapis habet, sed etiam substantiam: ita quoque filius Dei in hypostasi est natus, & non in figura. Duarum naturarum est particeps hic lapis pretiosus: Ut ostendat Christum, cum Verbum sit Dei, ex Maria Virgine natum, non unicam particularem habuisse naturam; quoniam ne aliud quidem animal erat: sed perfectam habet duplicem naturam, ne duas perdat. Neque enim in una sola natura Deus super terram est visus: neque in altera sola, homo in cælos ascendit, verum perfectus ex perfectio, homo ex homine, Deus ex Deo, ex Virgine Christus.] Et inferius. [Intellige corruptionis & aquæ commixtionem, & Christi parabolas admirare. Considera vilis atque abiectæ carnis ministerium in Margarita: & credas re veræ ex muliere natum esse Christum. Murex, nec obolo quidem dignus, lapidem multis auti talentis pretiosorem parit: sic & Maria Deum, cui nulla comparari potest natura, genuit. Non affigitur dolere ostreum, dura Margaritam concipit,



concepit, sed solum aliquid sibi accessisse sentit. Et Maria citra omnem concupiscentiam Christum concepit, sentiens solum accidentem hypostasin. Non corrumpitur marex, neque dum concepit, neque dum parit; perfectum enim parit lapidem sine dolore: Et Virgo, cum ineffabiliter conceperet, absque labore genuit. Non solum concipitur Margarita; verum etiam dum accrescit, perdurat; atque etiam extra cochleam, suam potest hypostasin ostendere. Cum autem carne indigeat pro adminiculo hypostatico, naturamque extensam habeat ad perfectionem substantiae, latet tanquam in vitro, in sinu cochleae: & quasi naturaliter ad substantiae perfectionem insita est. Augmentum quoque accipit, per vitalem naturam; & qualitatem sibi conducentem participat. Natus etiam est Dei filius similiter ex carne, non seminatus: & filium fructificavit natura, sine viro ad generationem concurrente. O magna mysteria! O coelestia decreta: quia peperit natura non proprium: & filius natus est, non ex viro procreatus. Rursus infra post multa. [Margarita erat qui generabatur: Idcirco elapsus est, & absque labore atque dolore natus. Neque asperac durus erat, neque terrens, ac luteus, neque ut humidus ac fluxus, effusus; neque in multis partibus diuisus, velut materialis ac crassus: sed infans Deitatem perfectam continebat, quae sub natura simplici tegebatur: ac propterea vi illius qui in ipsa erat, virgo instat cochleae naturaliter peperit, & ut mulier affecta est: Nulla tamen ratione, rarsus natura, (sicut conchilio um plicis ac sinibus vsu venit,) ad virginalem statum recurrente. Non perdidit sigillum naturae Virginis, Christo concepto: & ob id, neque eo genito referata est, ut partum in lucem ederet. Neque verò rupta est, dum gigneret: nam neque rupta erat, dum conciperet.]

Egregie verò paulo post, refellens haeresim Phantasticorum qui Christo solum humanitatis nostrae figuram ascribebant, sic eos virget exemplo Margaritae. [Attendite Margarito, & nolite errare: Non enim cessabo reprehendere, donec corrigam accusatores. Cernite non esse figuram, sed actionem, & naturae coadunationem suscipere. Inuisibilis, iste pretiosus est lapis. Neque enim aliquis assumptum hominem, ab assumente natura diuina separare poterit. Fulgur & aqua consenserunt in vnum; & duo se contraria complexa sunt, quo igitur pacto quod tenes, ignotas: & quod non tenes, curiosè inuestigas? Ex igne fulgur, & quod ignitum est, illustrat atque inflammat. Conchae ex aqua & per aquam crescunt. Quomodo ergo non comburit coruscatio, cochleae corpusculum? Quomodo substantialiter atque essentialiter tunc conueniunt aqua & ignis, ac se inuicem non perdunt atque corrumpunt? Non potes dicere: sed cogeris credere, quod vides & tangis sit tibi pro testimonio, natura, quam edicere nescis: quia filius Dei absque semine nascitur. Illic duo sunt contraria, quorum essentialiter concordant hypostases, & in qualibet ostenduntur naturae.]

Vestiam enim antenecte accusationem: quod ex vobis quodam dicentes nouerim; Deus ingenuus, Deus inuisibilis; caro visibilis; Deus passionis ac perturbationis expertus. Quomodo ergo inter tot contraria, coadunatio atque consensio cum vna hypostasi facta est? habes Margaritam, omnium quae dicta sunt, apertissimum explanatorem. Nam ignis, Deitatem significat; & aqua assumptionem. Non aqua fulgetrum assumpsit, grauis quippe est natura, & ad sublimissimum ignis locum non prodiit: sed fulgur superuolans coniungitur aquae, & concha turbata. vtrumque simul iunctum concludit calorque corporis, vnus est rei quae aduenit; & firmitas plicaturarum, quae committuntur ac coeunt, conseruat & retinet, ne diffluat humor, qui intus laborat. Natura verò per conjunctionem, anget quod inclusum tenebat: progres-

susque temporis, aqua & ignis in Margaritam resoluuntur. Dicit enim Euangelium, sic Spiritum sanctum superuenisse in virginem. Cur ita? ut scilicet virtutem acciperet suscipiendi Deum. Et virtus, inquit, Altissimi obumbrabit tibi. Fulgetrum tuae insidebit naturae: quia quod ex te nascetur Sanctum, erit filius Dei.]

325. Omitenda non sunt, quae de Margaritae qualitibus ad Christi perfectiones collatis, paulo post subiicit. [Attende (inquit) ad Margaritam, & videbis eam duas continentem naturas. Speciosissima siquidem est propter Deitatem; ac candida, ob assumptionem. In candore ergo claritatem cernis; & in virtute inhabitantem potentiam vides. Dura quidem est propter naturam humanam, levis autem est ob conditionem coelestem. Aquea quippe propter terrenam naturam, ignita verò ob Deitatis hypostasin. Cunctis est consideratio physica, quia singulis velut in speculo, quae illius sunt, resplendent. Specula quidem arte sunt, ac proprietate habent quandam fallaciam, ac rem propositam percipiendam: at Margarita naturalem continet gratiam, vtilitatemque innatam. Multa quoque sunt alia, quae ex duobus aliquibus fiant quid vnum: ac non sicut Margarita, nascuntur; neque ex igne & aqua concipiuntur.]

Nec obtulisse summam Christi puritati, & sanctis hisce dotibus, ortum ex carne nostra, confirmat mox ex Margaritae nitore & puritate, non obstante illius corporis & quo ortum habet. [Et Margarita (inquit), ex immundis nascitur animalibus; ipsaque Christus ex natura sordibus obnoxia natus est, quae purgationibus per venerationem ipsius indigebat. Quemadmodum autem fulgur vniuersa explorat. Sic etiam Deus; & sicut occulta illuminat, ita quoque Christus recondita naturae lustrat, purgatque. Ideo virgine prius purificata, sic natus est: ut ostenderet, ubi Christus est, ibi omnem puritatem agere. Mundauit eam in Sancto praeparans Spiritu: & sic ipsum Virgo, suo concepit vtero, purificata. Mundauit eam in castitate ac sanctificatione: ideoque natus, Virginem ipsam reliquit.] Hoc confirmat denud, exemplo muricis qui Margaritam concipit virgo, quod his verbis aperit. [Cochleae ostendant atque declarent, non per semen membrum concepisse Virginem: nam illae duabus explicatis commissuris; non carnem constitutionem praebent, sed diuisum solum habentes corpus, repente fulgetro replentur. Ita quoque beatissima Virgo, Deum Verbum toto suscepit corpore, simplicitateque naturae; & non catiolo ac redundanti motu, Deitatem impleta est.] Videbor multa ex Sancto Ephrem in hanc rem produxisse; sed praeter his quae apud illum diffusè leguntur, pauca libauit. Nec possunt reuera fastidiri vt multa, quae appositissime cadunt in rem de qua agimus.

S. Damascenus, breuiter, sed optime, omnia praedicta comprehendit orat. 1. de natiuit. Deipar. cum ait. [Hodierno die praefatur aurae, laetitiae totius orbis praenuncia. Latenter calis desuper, & exulter terra. Commoueat mundi mare: in ipso enim concha gignitur, quae caelitus ex diuinitatis fulgetra in vtero concipiet, & Christum ingentis pretij vnionem, pariet; ex qua Rex gloriae carnis purpura conuictus, ad captiuos se conferens, remissionem ac veniam praedicabit.] Locum S. Hieronymi ex Epistol. 22. quo ait. Deiparam ad similitudinem, Dei vnione fecundam factam; Erasmus ibi immortatis quibusdam aduersus omnium Codicum fidem, ad hunc sensum trahit. Sed Marianus Victorius ad eum locum monstrat aliam S. Hieronymi mentem nec aliud voluisse quam Virginem, Dei vnione & conjunctione ad similitudinem viri, quae honestè obumbratio dicitur, concepisse.



De affine productione Christi & Margaritæ, si hæc ex celestia rore illapsum fieri dicatur.

336. Altera Margaritæ procreatio effectiōni Christi affinis, ea est quam tradit Plinius l. 9. hist. cap. 35, docens certo anni tempore conchas luxuriare. ac maturum rorem tanquam maritum sitire; cuius desiderio hiant, & cum maxime lunares liquantur aspergines, haurire cupitum humorem: sic maiore cæli quam maris fecunditate concipere, & pro toris accepti qualitate, cœlique serenitate, puras edere impuræve Margaritas. Hæc de ortu Margaritæ, quoad Indici maris Margaritas, ita habet Origenes tractans parabola Margaritæ præfate ad cap. 13. Matthæi, additque. [Insper & hæc dicuntur de Indico Margarito, quod conchis innascitur, quæ similem habent naturam cum prægrandis cochleis, quæ parantur veluti tumant in mari pasci, veluti armenti ducem quopiam exploratore, qui referat, qualis sit quanta sit regio: atqui hanc aiunt præminere cæteris sub ipsa degentibus, ut res similitudinem habeat cum examine quod dicitur apm. Narrant autem & de ratione capiendi præstantiores, hoc est, eas quæ in Indico reperiuntur, quod incojæ posteaquam magnum littoris ambitum retibus cinxerunt admanant vrinantes, frudentes ducem agminis vnum de omnibus apprehendere. Siquidem hoc capto, ferunt, nullo negotio, capiunt subditum agmen, quippe nulla iam subsistente ex toto gæge, sed vnaquaque seu loco vincta sequente gæge docem.] Hæc de Margaritis Indici earumque capta Origenes: Quæ mox ad Christum aptat, quem optimam & pretiosissimam Margaritam, cœlestiūque Margaritarum ducem esse demonstrat, aiens præ ea vna parvula Margarita, cætera omnia videri iure posse stercorea. Quamvis autem propolita Margaritæ generatio minus vera habetur; tamen Patres, quod circa alia pleaque mysteria faciunt, ex ea quæ siue verè siue falsò circumferunt Margaritarum procreatione, excepto intra cochlam celesti rore, declarant Christi Domini productionem ex Virgine. Sic ex Phœnice, cuius narrationibus fabulæ sunt attestatæ, exponunt & confirmant resurrectionem. Sic ex iis quæ de Pelicano pullos suos per suum sanguinem redanimante iactati sciebant, exponunt Christi in nos beneficentiam. Similia multa patiuntur occurrunt. Quare citra culpam, hoc quoque loco, productionem nientissimam Christi Domini, per vulgarissimam Margaritæ intra ostreum ex celesti rore procreationem, declarant.

Tandem de eadem Christi & Margaritæ, quoad veram huius effectiōnem, affinitate.

337. Germana Margaritæ procreatio, ea est quam Tertullianus his verbis expressit l. de habitu mulieb. c. 6. [Si quid de mari Britannico aut Indico ambigatur, conchæ genus est, non dico conchylio, aut ostreo, sed nec pelotide gratius de Sapote. Ad hoc enim conchas noverim, maris poma. Quod si concha illa aliquid intrinsecus postulat, virium eius magis debet esse quam gloria. Et licet Margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca.] Planè verruca est verru, & ex substantia conchylii margaritiferi procreatur, eique innascitur: ut in suum carne, grandinem gigni videmus. In quam rem videndi, qui plenè & ex instructo illam confirmant, Anselmus Boëtius lib. 2. de Gemmis c. 37. Rondeletius l. 1. de testaceis c. 52. Renoussius l. 3. de materia medica cap. 23. Fallopius tract. de fossilibus c. 7. Aldrovandus l. de testaceis c. 4. §. ortus & generatio Margaritarum. Quorum rationes & experimenta qui rite expendit, agnosceret nec Rurum audiendum esse, qui l. 2. de Gemmis c. 13. tentat hoc ge-

Theoph. Raynandi Christum.

nerationis Margaritarum modo alicubi admissio, illum quoque alterum de generatione ex rore, tanquam alibi vigentem admittere. Supposita autem hac vera & germana Margaritarum procreatione ex sola conchylii cui innascitur substantia, manifestus est effectiōnis Christi ex Sola Deiparæ substantia, consensus cum Margaritæ effectiōne: quem præsertim spectant, quotquot anteriores dicendi modos tenera falsos sectari, inde Christum cum Margarita contulerunt, quod intra concham margaritiferam absque semine extrinsecus inuecto conceptus sit S. Epiphanius in orat. de laudibus Virginis, ab ipso eius nomine confirmat quod diximus. Mariam enim præter cæteras interpretationes, dictam censet Deiparam; quasi myrrham maris, ab incorruptibilitate & immortalitate cum qua erat paritura gemmam immortalem, in istius mundi mari.

Finis Christi, expositus per proportionem ad finem Margaritæ materialis.

338. Pretiosissima huius, vnicæque Margaritæ usus, quo finis eius continetur, idemmet proportionem est qui Margaritarum materialium. Hæc verò ad ornatum, ac opulentiam ostentandam, ad medicinam; etiam ad cibum adhibentur. De ortu & opulentia ostentatione, superuacaneum sit monere; cum non aliunde magis stupor muliebris ædificetur ut est apud Tertullianum, quam ex his lapillis: præsertim ut auribus extensis magnos committere elenchos datur, ut Sartyricus satyra 6. pridem dixit. [Hæc est sæculi Virginibus per dies singulos cura præcipua (ait Pelagius Epistola ad Demetriadem.) decentibus fucis colorare faciem, impleare auro carnem; & ardentes concharum lapides, capitis honorem facere; suspendere ex auribus patrimonium.] Hoc dicit propter Margaritas immensi pretij quibus aures grauabant pleræque illius æui formatarum, insipientes & ardentes studiis in pretia in aurium, candore Margaritarum rubri maris profunda testantium, ut loquitur ad eandem Virginem Demetriadem S. Hieronymus: qui item ad Principiam Virginem de Marcellæ vita disserens, suspensa auribus perforatis rubri maris pretiosissima grana, inter reliquum mundi muliebris quem exhibet apparatus, non prætermisit: ut neque S. Cyprianus l. de discipl. & habitu Virg. ubi expostulat, de aurium cicatricibus & cauernis preciosa grana dependere; quæ etsi non suo pondere, mercium tamen quantitate grauent. Apud Plinium lib. 37. & l. 9. cap. 35. insigniter conelamatur in hanc patrimoniorum auribus appensionem, quæ paucis complexus est Tertullianus l. de habitu muliebri. [Breuissimis loculis (inquit) patrimonium grande profertur? Vno lino decies testertium inferitur. Salus & insulas tenera ceruix fert. Graciles aurium cutes, Kalendarium expendunt; & sinistra per singulos digitos de facis singulis ludit. Hæc sunt vires ambitionis, tantatam vsurarum substantiam, vno & muliebri corpusculo baulari.] Vanam hanc opulentia ostentationem; (ut quid enim veras opes dicam, quandiu nulli alteri vsui seruiunt quam pascendorum alienorum oculorum) vera opulentia, veræque diuitiæ in Christo ac per Christum nobis obuenientes, emendant. Hæc est gemma locuples, cui non adæquabitur Topazius de Ethiopia; non Sardonix, non villa alia pretiosa gemma. Non commutabuntur pro ea, vala auri excelsa & eminentia. Videtis quæ in eum Iobi de sapientia locum, philosophatur S. Gregorius 18. moral. cap. 34. & seqq. accommodans eum ad sapientiam incarnatam, siue Christum.

Neque usus ille alius Margaritarum, siue ad cibum, siue ad medicinam, quem accuratè illustrat Aldrovandus cap. citato §. penultimo & vltimo, deest reuera nostræ Margaritæ. Imò quod prodigij loco habitum est.

H h est,



est, nec nisi interluxuriae miracula verius monstra-  
meratum, referente supra Plinio, nobis est quotidiana.  
num. Aliquando quidem haustae ad cibum sunt Mar-  
garitae: vt per Clodium Tragedi Aelopi filium; de quo  
sic Tertull. l. de pallio cap. 5. Aelopus histrio ex anibus  
eiusdem pretiositatis, vt canoris & loquacibus, quibus-  
que sexcentorum millium patinam conflauit, qua filius  
eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumptuo-  
sius elurire; Margarita namque vel ipso nomine pre-  
ciosa dehaustae, credo ne mendicium patre cenasset.  
] Haustae item postea per Cleopatram, maceratae aut  
tabefactae aceto, forti Margaritae. Hoc quotidianum  
& perpetuum in Ecclesia sua esse, Christus voluit, com-  
curando visui, tum roborando cordi, & pestiferis af-  
fectibus auertendis, qui produntur margaritarum ma-  
terialium effectus. Praestat haec omnia quotidie anima-  
bus caeleste Margaritum Christus Dominus, siue in  
cibum, siue in peccati antidotum & pharmacum han-  
stus. Eo enim nomine Christum in Eucharistia desi-  
gnauit pulcherrime S. Anast. Synaita oratione in no-  
uam Dominicam, cuius hanc particulam exhibet S.  
Damascenus orat. de imag. in fine. [Immaculatam cor-  
poris Christi Margaritam luscipientes, gestare nos il-  
lum ipsum Christum arbitramur.]

*Gratia Deo, pro tam multis in Margarita  
mysteriis.*

339. Agamus hic ex animo gratias Deo, pro tam  
illustribus dogmatibus, & Christi Domini prae-  
rogatiuis, vna Margaritae comparatione expositis, imitan-  
tes S. Ephrem, cuius illa sunt tractatu sapè citato de  
Margar. pretiosa. [Amo & exosculor Euangelicum la-  
pidem, quia cibus animae meae factus est. Suspicio ac  
collaudo Margaritam, quia de Christo loquitur mihi  
narrationes mysticas atque arcanas. Adhibui parabola-  
m; quia duplicem mihi cognitionem contulit. Cog-  
nouit in ipsa, naturae coniunctionem, & Deitatis po-  
tentiam. Intellego contrariarum rerum consensionem,  
ac permutationem naturalis constitutionis. Confido  
caelum cum terra simul vniui, Video duos angulos  
atque anfractus, in vnum coaluisse vinculum. Obli-  
gnavit gratia concordiam: neque inuenio, qua ra-  
tione cuiusque substantiam separem. Intellego vim dif-  
ferentem, & Margaritae circumferentiam. Abducit  
mentem meam, ne comprehendat quo pacto simul  
conuenerint, atque coniunctae sint. Aqua est vndique  
Margarita: etenim Christus inaequalitatem abstulit;  
& velut artifex duas curvaturas ac flexus aequales red-  
dens, in vnum conglutinavit; nemoque est, qui ea se-  
parate possit. Concharum commissurae determinantur:  
at Margaritae termini atque dimensiones sunt insepa-  
rabiles. Illae sectionem admittunt; ista verò insepa-  
bilis est: vt intelligas duas quidem legis tabulas; sed &  
Euangelij rectitudinem, ac sphericam perfectamque  
figuram, atque praestantiam, terrena quidem, lex con-  
tinet, at Euangelium caelestia. Ecce concha & Marga-  
rita, quas simul coniunxit Christus per gratiam. Ad  
generationem recurrens, & spiritalis Margaritae na-  
turam exquirens; Agnouit virtutem, intellexi con-  
nexionem, & naturam deprehendi.]

*Vsum doctrinae.*

340. Vsum doctrinae exhibeo, Tertulliani verbis l.  
ad Martyres c. 4. Tanti vitreum, quanti verum Mar-  
garitum? Quis ergo non libentissimè tantum pro ve-  
ro habeat erogare, quantum alij pro falso? Est in-  
quam Christus, vt haecenus monstratum est, Margari-  
tum optimum. Non enim dumtaxat bonum est; alij  
quippe sancti, quod scire norant Origenes in cap. 13.  
Matthaei, Margaritae sunt ipsi quoque, & quidem bonae

Margaritae, quas idcirco plures memorat Evangelica  
parabola: Spectauitque eò S. Laurentius apud Pruden-  
tium Hymno 2. perit. cum recensens Tyranno-  
pes Ecclesiae, aebat.

*Nunc addo Gemmas nobiles*

*Ne pauperem Christum putes,*

*Gemmas coruscis luminis,*

*Ornatur hoc templum quibus.*

*Cernis Sacratas virgines,*

*Mireris intactas anus;*

*Primique post damnatum thori,*

*Ignis secundi nescius.*

*Hoc est monile Ecclesiae,*

*Huius illa gemma comitur,*

*Donata sic Christo placet,*

*Sic ornatur altum verticem.*

S. Vincentium Lyrensem Monachum S. Lupi Tri-  
castinij fratrem, Eucherius l. de laud. Eremiti, vocat, in-  
terno gemmam splendore perspicuam. Cassianus l. de in-  
carn. cap. 15. S. Ambrosium ait, in Dei semper digito quasi  
gemmam rutilasse.

Vides, nominatim virgines & continentes, dici  
Gemmas & Margaritas. Sed inter illas multas bonas  
Margaritas, inuenitur vna pretiosa, quae non alia est  
quam Christus. Huic coemenda, omnis census noster  
impendendus est, nec census dumtaxat eò conse-  
endus, sed & substantia omnis diuendenda, vt compar-  
etur pretiosa illa Margarita. Nam vt rectè disserit S. Au-  
gustinus l. qq. ex Matthaeo cap. 13. agens de Christo  
Margarita pretiosa. [Pretium eius, est nos ipsi: quia  
eam possidendam non sumus liberi, nisi omnibus pro  
nostra liberatione contemptis, quae temporaliter pos-  
sidentur. Venditis enim rebus nostris, nullum eorum  
maius accipimus pretium, quam nos ipsos, quia tali-  
bus implicari, nostri non eramus. Vt rursus nos ipsos  
pro illa Margarita demus, non quia tanti valeamus, sed  
quia plus dare non possumus.] Eodem alii verbis re-  
uoluit, quod ait S. Maximus serm. de Margarita. Est  
apud S. Ambrosium 6. [Perdit caelestis Margaritae gra-  
tiam, quisquis eam foedissimo peccatori circumdare  
conatur. Gemma enim sicut ipsi scitis, nisi auro non  
conuenit, Margarita nisi pretiosis monilibus non ap-  
ratur. Estote ergo aurum optimum; Estote monile  
pretiosum, vt possit in vobis Margarita Spiritus in-  
cludi. Margarita enim, Christus est Dominus, quam  
negotiator ille diues in Euangelio venditis omnibus  
rebus suis emere festinauit, & maluit omnes quas  
habebat seculi gemmas amittere, tantum vt vnam  
Christi emeret Margaritam.]

Virgini piissimae Margaritae à Castello, tantum fuisse  
affectum erga incarnati Verbi mysterium prodit Bo-  
nifacius l. 2. histor. Virg. c. 1. & Ludou. Granat. conc. 3.  
in Nat. Dom. f. 3. vt post eius obitum dissecto corde,  
inuenta intra illud sit insignis margarita, in qua Chri-  
stus puer nascens in praesepio, affabre exhiberetur.  
Praerogativa fuit, consecuta ingem de Verbo incarnato  
commentationem & affectum summum tanti my-  
sterij: longè profecto optabilior similis (mythicè sal-  
tem ac spiritaliter) margaritae intra nos procreatio  
fuerit per ingem eiusdem mysterij agitationem, quam  
quod Rondeletius lib. 10. de testaceis c. 35. & 36. scri-  
bit de innata culpam in renibus insigni Margarita, ex  
piruita vitrea.

**CAPVT V.**

*Cerens, finalis causa Christi, & eiusdem effectio-  
nis, antitypus.*

**H**aec praecellentissima productionis & finis Christi  
adumbratio, (vix enim dari illustriorem, statuit  
Petrus Blefensis infra adducendus,) diligenter ac per  
partes



partes exponenda est, ducto initio ab analogia finium cerei ac Christi, quam paucis præmissis, patefaciam.

*Caligo orbi incumbans, depulsa per Christum cereum.*

341. Nox altissima vniuerso orbi infederat, per recessum veri Solis offusa. [Erat nox in vniuerso orbe, ante veri luminis ortum, ante Christi natiuitatem; (ait S. Bernardus serm. 5. de Vigil. Natiuit. Dom.) An non profundissima nox, & densissima tenebræ erant super vniuersam faciem terræ, cum olim patres nostri factitios colerent Deos, & infano penitus sacrilegio, ligna & lapides adorarent;] Diem ac noctem, Deo & eius auxilio dispersis. Lactantius l. 2. instituit. c. 10. imagines esse ait status orbis quoad religionem; vnde sic de nocte scribit. [Nox autem, quam prano anticheo illi dicimus attributam, eius ipsius multas, & varias regiones per similitudinem demonstrat. Quamuis enim stellæ innumerabiles micare, ac radiare videantur, tamen quia non sunt plena ac solida lumina, nec caloris præsentant quicquam, nec tenebras multitudine sua vincunt.] Non de huiusmodi tantum malitiæ monstro, & iniquitatem omnium vertice, (sic enim Tertull. idololatram depingit libro de ea,) sed vniuersæ de peccato ira pronunciat S. Chrysostomus hom. 4. in Ioan. *sub fine.* [Peccatum tenebræ, & vorago quidam profundæ: quod vel inde planissime constat, quod clam & sine arbitris peccata committuntur. Quicumque enim in facinora, sceleraque prolabitur, odio habet lucem, neque luci se credit, & quæ occultæ, & in abscondito sunt, etiam sunt dicta turpia. Sicut enim in tenebris neque amicus, neque inimicus agnoscitur, sed omnia penitus ignorantur, itidem in peccato vsti venit. Quippe qui lucro inhiet, nullam amici, inimici intelligendi differentiam; & inuidus familiarissimum non secus quam inimicum conspiciat, & latro nec similiter in omnes bellus gerat, omnibus insidiatur: & omnino quicumque se vitiis sordibus obuiant, nihil ad rerum differentias dignoscendas, ab ebriis insanientibusque differunt. Et quemadmodum noctu, amoto lumine, lignum, plumbum, ferrum, argentum, lapides pretiosos, & alia omnia eodem modo & videmus, & diiudicamus; ita qui fordidæ, & vitiose vitam viuunt, neque modestiæ vim neque sapientiæ discernit pulchritudinem. In tenebris enim, vt iam diximus, etiam lapides nullum præ se ferunt fulgorem, non sua, sed caligantium oculorum culpa. Neque hoc dumtaxat nobis dum sub impia vitiis tyrannide viuimus, molestum est, verum etiam illud quod formidine propterea angimur; & veluti qui per obscuram noctem iter faciunt, vt nihil metuendum sit, metum tamen concutiuntur: sic qui celus aliquod admittunt, & si nemo id videat, nemo reprehendat, nihil tamen melius sibi fidunt, sed omnia formidant; omnia suspicantur: quippe qui perpetuis conscientie stimulis agitantur, omnia formidolosè circumspiciunt.] Quamam ergo, quamque densam & profundam noctem, ad Christi vique aduentum occupasse vniuersum orbem dixerimus, in tanta vbiuis vitiis ac peccatorum eluione?

Miseratus tandem Deus caliginem summam qua premebamur, discussurus illam, lumen nobis de cœlo prouidit Christum Dominum: idque tacitis naturæ vocibus indicari, cum sub tempus quo recolimus quoniam aduentum Christi, dies solito auctior tenebras minuit, egregie attingit Gregor. Nyss. orat. de Natiuit. Christi *sub initium* & S. Aug. ad illud Ioan. *illum oportet crescere, me autem minui.* Eam per Christum luminis inuersionem, & tenebrarum dissolutionem, declarare consilium est, aptatis ad Christum, cerei, Lychni sue lucernæ, ac laternæ, & Solis corporei typis, in quibus

*Theoph. Raymundi Christum.*

Christi Domini effectio, & finis huius productionis argumenta, pulcherrimè adumbrantur.

*Carbonis & Christi analogia, ferè dimissa, eiusque concentus, cum analogia Christum inter ac cereum.*

342. Ad cereum potè aut lucernam, referenda erit quæ æquè adhiberi poterat Christi & carbonis analogia. Quamquam incommodior visa est ea comparatio S. Gregorio hom. 5. in Ezech. quàm vt iis aptari posset, qui non modò ardent & lucem habent intrinsecam, sed etiam aliis flamma prælucent: atque adeò omnium maximè à Christo abhorreere eam comparationem, pronuntiaret S. Gregorius; & verè ex eo capite. Aliunde tamen, siue penes alia capita, iuuare potest ea comparatio ad effectiorem Christi intelligentiam, vt liquet ex illis S. Cyrilli lib. 2. pentab. in præmio. [B. Prophetæ Esaias ait; *Et missum est ad me unum de Seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe acciperat ex altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & perperabit peccata tua.* Visionis huius profunditatem, vt vires ferunt, exquirentes, non aliud nisi Dominum nostrum Iesum Christum esse dicimus, spiritalem carbonem in altari positum, super quo thymiana Deo ac Patri à nobis adoletur. Per ipsum enim accessum habemus, & spiritalem cultum exequentes, accepti fumus. Hic itaque carbo diuinus, vbi accedentis ad se labia tetigerit, illico mundum reddet, atque peccati omnis proflus experteret. Sed labia nostra quonam modo contingat, docet Beatus Paulus, cum dicit: *Proptèr te est verbum in ore tuo, & in corde tuo, quia si dixeris in ore tuo, quia Dominus est Iesus, & crederis in corde tuo, quia Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Dicitur autem carboni per similes, propterea quod ex duabus ac dissimilibus rebus intelligitur; sed ita secundum veritatem conuenientibus, vt in vnitatem propemodum coniungantur. Ignis enim, vbi lignum penetrarit, illud in suam ipsius claritatem ac vires transfert, eo tamen seruat quod erat.] Hæc eo loco S. Cyrillus, de Christo iuxta Esaiam carbone; & alia in eam rem paulò distinctius tradit Elias Cretensis ad orationem primam Nazianzenis, ante medium, circa illa verba, *Esaias per Seraphim, & carbonem purgatus.*

Quatenus autem analogia carbonis & Christi, recidere possit in analogiam, cum cereo ac lucerna, autor sermonis de B. Maria apud Bernardum, *in ipso fine*, monstrat non incommodè. [Ignis (inquit) in carbone, diuinitas est innocens in opere. Ignis in prunis, evidens est indicium diuinitatis. Carbo mortuus, in præsepe iacens; igneus, dæmonia expellens. Mortuus, in Ægyptum fugiens; igneus, vendentes & ementes columbas, de templo eiciens. Mortuus, dormiens in nauis; igneus imperans ventis & mari. Mortuus, subditus parentibus; igneus, quatuor satians hominum millia de septem panibus. Mortuus, ad puteum Iacob rogans potum; igneus, circa Hierico illuminans cæcum & sanans leprosum. Carbo erat mortuus, dum à Diabolo tentaretur; igneus, dum ei ab Angelis ministraretur. Mortuus, in prodicione discipuli; igneus in filio Reguli; Soporitus, ante Præsidentem; igneus, circa Tyberiadem; Soporitus, dum ei Herodes illuderet; igneus, dum mortuorum suscitator magnificus fieret; Soporitus, dum ei acetum cum felle mixtum propinaretur, igneus dum ab eo decem leprosi mundarentur; Soporitus, dum à Iudæis se absconderet; igneus, dum cum publicanis & peccatoribus ederet; Soporitus, dum ambularet super vndas; igneus, dum ex aqua factò vino laticifaret conuiuas; Soporitus, iacens in cunabulis; igneus, fulgens in miraculis. Soporitus, ante tribunal Prædis; igneus, in

H h 2 filia



filia Chananitidis; Soporatus in cruce; igneus, in monte. Prænotanda ergo mortuæ, etant humanitatis opera, ignitæ divinitatis miracula. Hinc dico haberi, quatenus carbo ad Christi effectum & finem analogiam habens, reuocetur ad cereum aut lucernam; nempe quatenus carbo emittit flammam; nec sibi soli lucem habet, sed eam foras profundit. Sub ea enim ratione, tæda quadam est, & perinde se habet ac cereus aut lucerna. Quare satis erit analogiam effectum & finis Christi, cum cereo ac lucerna vestigare, dimisso carbone. Ordinaris cereo in hoc capite, dicturus de cæteris consequenter.

*Christus cereus, quia homo.*

343. Erit quem ea cogitatio subeat initium hinc faciendum à cerei & hominis affinitate. Hominis enim imaginem cereum esse, & profanis & sacris testimoniis edocemur. Nemo in re literaria adeo hospes sit, ut ignoret quod Plutarchus refert tractat. rectè ne dictum sit, latendum esse, cap. 6. itemque Macrobi. 1. Sat. cap. 7. & ex Varrone Lactantius lib. 1. instituit. Græcos in Italiam profugos, cum ex oraculo accepissent illud.

Καὶ κεράλας κροῖδον, καὶ τὸ παρὶ, πικρὸς οὖτος, ex ponte Miluio, in Saturni honorem iactare solitos hominem, delusos ambiguitate vocis quæ; quæ & hominem & cereum significat; Posteros tamen eorum de doctos ab Hercule errorem, cereum subrogasse homini, indeque morem cæpiisse ceterorum per Saturnalia missitandum, Macrobius est autor. Sed hæc delusorum miserimè mortalium ludibria, dimittamus. Apud Platem Plal. 57. Spiritus sanctus hominem deserit cum cereo collatum voluit, verbis illis; Sicut cera quæ fluit, auferentur, supercedit ignis, & non videntur Solem. Cera enim quæ fluit, idem est quod cereus. Nam cera in cereum non conformata, etiam si fluit à facie ignis, non tamen perit & absumitur; atque adeo propriè non auferitur: sed ea tantum quæ igni in pabulum cedit, quia illa est vel apposta myxo. Videturque in hi eo verbo Spiritus sanctus, appositissimè expressisse caducitatem humanæ vitæ & omnium eius pompatum. Quantumque enim sit quispiam, mox tamen auferentur, sicut cera quæ fluit. Hoc in homine, hoc in omnibus humanis bonis, facile est deprehendere cum S. Bernardo serm. 1. de diuers. in fine. [Gaudet inquit] in cibis, gaudet in pompis, gaudet in diuitiis, gaudet & in vitiis homines; sed luctus extrema occupat eiusmodi gaudiorum, quod gaudium in materia conuertibili, mutari necesse sit re mutata. Accenditur cereus, non purum lumen est sed lucerna; siquidem ignis ipse propria fomenta consumit, nec nisi ipsa consumptione fouetur: porro deficiente materia, etiam ipse deficiet: & ubi illam videris proflus exultam, hunc quoque nihilominus extinctum esse reperies. Sicut ergo flammæ illius nouissima, fumus occupat & caligo; sic lætitia lætæ rei in tristitiam commutatur. Sed de ipso maxime homine, appositissimè dictum videtur, quod sit cera quæ fluit, cum perpetuè defluat, depascente illum, lenisque absumente igne interno. Eoque fortassis spectabant qui homini machinantes exitum, ut est apud Balsamonem in Epistolam ad Amphilocho. sub finem: cereum in hominem conformatum, loco eius hominis quem perditum vellent, adhibebant ad maleficium.

*Item quatenus homo, Deus.*

344. Hæc quamvis sint verissima, sicque planè perspicuum, imaginem hominis cereum esse; tamen aliunde ducenda est Christi per cereum adumbratio. Neque enim Christus homo dumtaxat est, sed homo Deus. Itaque cerei cum homine correspondentia, Christo Deo simul & homini esset inadaquate: cum tamen Pa-

tres plerique, non ratione solius humanitatis, sed absolute, atque adeo quoad omnia illum integritatis, cereum denominent Christum. Sic S. Bernardus serm. 3. in Vigilia natiuit. Dom. [Vnigenitus, Dei Sol iustitiæ, tamquam immensi & præclari luminis cereus, in huius mundi carcerem illuminatus est & accensus, ut omnes qui illuminari voluerint, ad illum accedant, illique iungantur, ut nihil medium inter illos sit & ipsum. Peccata enim nostra, separant inter nos & Deum: sed illis sublati, vero lumini illuminandi, & quasi concorporandi conueniuntur in id ipsum: sicut lumen extinctum, lumini lucenti & ardenti sine aliquo medio coniungitur, ut illuminetur: quatenus per exemplum visibilem, effectus rerum inuisibilium cognoscamus.] En Dei vnigenito, non vicumque considerato, sed ut cerei nostre coniuncto, rationem cerei tribuit.

*Varij ritus Ecclesiastici, id exprimentes.*

345. Distinctius idem habet S. Anselmus hom. in cap. 2. Lucæ ad finem. Agens enim de ritu Christiano iam à temporibus S. Cyrilli Hierosolymitani recepto, (ut ipse Cyrillus refert hom. de occurso Domini), cereos preferendi in festo Dominicæ oblationis in templo, qui purificatæ Virginis passim dicitur, hæc habet S. Anselmus. [Pulcher Ecclesiæ mos inoleuit, ut fideles in hac celebritate, cereos siue candelas offerant. Nam quia Christus in templo hodie est oblati; ipsi mystica oblatione sua, hoc ipsum representant, dum singulis recurrentibus annis, ad domum Dei cereos in hac die portant. Cereus enim vel candela, Christum significat. Et quia vnusquisque de vobis ad hanc solemnitatem veniens, Christum lumen verum affert in peccatore, idè conuenienter cereum præstat in oblatione. In cereo quippe tria offeruntur; cera, Lychnus, & flamma: cera quam apud Virgo confecit, significat Christi carnem, quam Virgo Maria genuit: interior autem lychnus, animam; flamma verò superior, diuinitatem. Nec inueniri aliquid in creatura potest, quo congruentius significaretur Christus.]

Non dissimiliter Petrus Blesens. serm. 9. qui est de eodem festo. [Quia in face cerea designatur Christus, exemplo perseverantiæ Christi, ad perseverandum ipsis luminaribus hodie instruantur fideles ac si nobis dicatur, videte quid gestetis in manibus. Typum Christi gestatis; fidem eius gestatis in mente, confessionem nominis eius in ore, imitationem in opere. Tres siquidem substantiæ, in vna Christi persona, per accensum luminare designantur. Per ceram caro Christi designatur: apicula enim quæ non resolvitur in libidinem, quæ commixtione sexuum non frangitur, ceram operatur. Sic Caro Christi, nec ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, sed ex illibata Virgine, ex Deo facta est. Ellychnum latens in cera, est anima, carnis domicilio recta. Ignis verumque absumens, diuinitas eius; quia Dominus noster, ignis consumens est. Inde est, quod & Simon Christum lumen appellauit, factum ad regulationem gentium, & gloriam plebis Israël. Hoc ergo die gestatur in manibus.]

Guericus serm. 1. de Purificat. [Tractemus si placet, quid hæc pulcherrima Ecclesiæ consuetudo luminarium hodie gestandorum, aut factum representet aut faciendum demonstret. Quamquam ne id quidem puro vobis incognitum, etiam si nunquam sit auditum. Quis enim hodie cereum ardentem gestans in manibus non statim illius sensu recorderetur qui hodie Iesum accipiens in vlnas suas. Verbum in carne tantumquam lumen in cera, ipsum esse lumen ad illuminationem gentium perhibebat.]

Idem habet Iuo Carnot. serm. de purif. Et serm. de eodem festo Fulbertus & pulchre Honorius Augustodun. in sigillo B. Mariæ cap. 8. in ipso fine capitis & operis



operis. Eandem ritum, ad Christum, structuramque cerei, ad Christi structuram, egregie accommodat Federicus Nauica lib. 6. de ceremoniis Eccles. cap. 5. & aperit auctor sermonis de purificatione, adscripti S. Ambrosio tomo 5. ad finem.

Alium item Christianum ritum, benedicendi in Paschate cereum, varij Patres Christo accommodant. Repreſento vnum aut alterum. Ennodius in benedictione Paschalis cerei. [In huius tibi, Domine sanctissime, nominis ministerio hoc cereum lumen offerimus, per quod caligo vetusta pellatur: in quo species crino compaginata consortio, societatis propemodum mystice glutino coniungatur. Quatum ceram, parauit neccitate partibus facta Virginitas; papyram ad alimentum ignum, Lympha transmisit; lumen adhibetur è cerâ. Nihil hic habet vox humana, quod confeceret, vbi quum dirigit superna cognitio. Agnoscat hic odorem suum salutiferæ Virginis filius, vbi sine coitu nascitur quoque offeratur.]

Rupertus lib. 6. de Diu. offic. cap. 19. [Claram reſurgens magnitudinem, præclari significat magnitudinem cerei. Eo vel maxime cereus ad Christi similitudinem necesse est, quod paruula quæ substantiam ceræ apud mater educit, absque concubitu concipit, & parit. Cui recte comparatur Virgo Maria Dei genitrix, quæ in uoluntate nobis Deum in carne, quasi mel in cera protulit. Cum ergo recte humanitatis Christi similitudinem gerat, annos illi ab incarnatione eiusdem Domini Christi consequenter inferibitur. Et quia crucifixus est, crucis quoque figura congruè nihilominus insculpitur. Amplius autem id quod dictum est, eiusdem cerei benedictio confirmat. Primum cum in præfatione benedicens rogat, vt qui me non meis meritis. Intra Leuiticam numerum dignatus es aggregare, luminis sui gratia infundendo, cerei huius laudem implere præcipiat. Latus enim cerei, nullo modo nominanda esset; nisi Christum filium, qui cum Patre, & Spiritu sancto Deus vnus, & solus laudandus est, significaret.] Hoc de Paschali cereo Christum referente, distinctius exponit Federicus Nauica lib. 6. de sacris ceremoniis c. 22. Et nihil esse magis accommodum Christo representando dicitur in cerei Paschalis benedictione, quam nimis Ambrosianæ descripti Pamelius t. 1. Liturg. Lat. pag. 346.

346. Sed & quod inter sacros baptismi ritus, cerei gestatio annumeratur, vt latissime prosequitur Vicecomes l. 5. de baptismo à cap. 20. ad 25. merito ab Aldroandio lib. 1. de insectis cap. 3. §. de cera vsu in sacris, reſertur ad Christi Domini expressionem. Mergitur enim cereus in aquam, & ibi extinguitur, vt significetur, Christum suo baptismo (quod scitè dixit Nazianzenus orat. 19.) aquas lauisse, & vim eis contulisse nos regenerandi morte sua. Quamquam Amalar. lib. 1. de offic. Eccles. cap. 26. aliò refert ritum illum. Sed is quem ex Aldroandio protulit, est valde verisimilis: & consequenter gestatio cerei per baptismum, videtur esse symbolum Christi, quem Neophytus reliqua vita præferre debeat, vt disertè & eruditè prosequitur Dominicus Sargentius Ord. Prædic. lib. 2. de baptismo hæretic. cap. 3. §. 2. quo sensu non abhorret, quod aiunt Hugo Victor. lde Sacram. fidei cap. 20. & Iuo Carnot. serm. de Sacram. Neophyt. nempe doceri Neophytum, vt locum lux eius coram hominibus; nam hoc ipsum est, præferre Christum.

Sicut in Christiano natali per baptismum, ita in altero natali, (sic enim Nysenus oratione pro mortuis, mortem nominat;) vsurpantur cerei, tradendo mortuibus cereum benedictum, qui est Christi symbolum; vt in eius excedant complexu, quem viuentes expresserint imitatione. Mortuis quoque, in funere, eandem ob causam præferuntur cerei, ex antiquissimo ritu quem multis illustrat Thyraus l. de locis infestis

Thyroph. Raynaldi Christum.

c. 81. spectari verò ad professionem Christi, optime notant Gabriel lect. 57. in Cano. litera F. Ex his coniectura duci potest de alio multiplici cereorum vsu in Sacris, quorum sit inductus iam olim, & luculentum est exemplum quod subministrat Socrates lib. 6. c. 8. Scribit enim Eudociam Augustam ad vsu nocturni luminis, in Catholicorum ceru cereos suppeditasse, qui crucibus argenteis imponebantur.

### Triparsita cerei compages, Christo aptata. Cera corpori.

347. Constat, Patres Christum prout ex duabus naturis & vna diuina personalitate compactum, cereo conferre. Sed distinctius & particulatim id explicemus; Est enim suauitatis permagis differissima consideratio. Sunt in cereo tria; cera, myxus, & lumen siue ignis. Totidem in Christo facile est distinguere. Et corpori quidem, responderet cera. Scio S. Athanasium sub initium sermonis de sanctissima Deipara, affirmare, humanitatem totam quæ anima & corpore constat, fuisse Dei Verbo pro cera. Sed commodius tenebimus allegoriam propositam, si quid ceræ in Christo responderet, tribuamus sanctissimo Christi corpori iuxta Platonis doctrinam in Thæleto, vbi vestigat causam cur aliqui ingenio sunt docti, quidam agreiti; nonnulli literarum capaces, alij obſtippo ingenio, & ad alia omnia facto potius quam ad studia, cum tamen animæ omnium sint eiusdem rationis, ac substantialiter æquales. Responderet verò, causam huius rei, in ceram è qua homines illi coaluerunt, esse referendam; aliis enim puriorem, aliis fœculentorem vel duriorem ceram obtigisse; idque esse Kερα illud Homericum, quo Πάρις Kερα id est ceræ similitudinem significare ac innuere voluit, vnde animis inæqualitas & diuersitas aduenit. Quibus inuolucris Plato, idipsum adumbravit quod clare Aristoteles initio physiogn. & Galenus iusto Opusculo tradiderunt; nimirum animi mores temperamentum corporis conſectari. Itaque ceram Plato humanum corpus appellauit, eaque comparatio arripit Methodio apud Damascenum t. 1. parall. c. 8. An quod corporis humani admirabilis planè sit structura, iisque proportionibus à mensuris exquisitè seruatis, ob quas commendantur insigniter ceræ apicula à S. Basilio hom. 8. hexaem. & à Nazianz. orat. 34. num. 5; & orat. 43. in fine. Est sane in humano corpore artificium illud longe insignissimum & symmetria planè admirabilis; ita vt ex eius consideratione, etiam impiiſſimi homines, teste Theodoro serm. 9. de prouid. ad pangendos Deo hymnos eruperint. Existimarim tamen aliò potius referendam esse rationem, cur corpus nostrum cera dicatur: & aliam præterea esse rationem specialem, cur corpus Christi, cera sit dictum. Nostrum quidem omnium corpora, cera nomine veniunt; quia ceream temperiem referunt. Idque necessarium planè fuit, vt possent esse sensationis capacia, quod doceo ex Nyss. l. de hom. opific. cap. 30. verbis illis. [Fuerit operæ pretium hoc loco naturæ artificium in corporis creatione considerare. Nam cum ea quæ dura solidaque sunt, sensus actiones nullas admittant, vt est videre in corporis nostri ossibus, & terræ plantis, in quibus esse vitæ quædam species, satis intelligitur ex eo, quod accrescant & nutriuntur, cum solida ipsorum durities sensum non recipiat; Idcirco necesse erat quoddam quasi cereum opificium sensum actionibus subijci, quod posset cedendo velut impressas notas recipere, sic vt ob nimiam humoris copiam non confunderetur, (quando humidæ rei quod imprimitur, nequit durare;) & ob immodicam duritiem non resisteret; (quando quod cedere nequit, notas per impressionem nullas recipit;) sed mediocriter esset cum molle cum durum, ne animal hoc facultate inter cæteras pulcherrima cæreget, sensus nimirum morione.]

H h 3

348. Ac



348. At specialis ratio cur Christi corpus cere sit collatum, perspicua esse poterit, si cere materiam, & efficientem causam, & affectiones aliquas contempleremur. Est cere substantia, (uocus è nonnullis plantis lectus ab apiculis ore legulo. Cum enim duo sint quæ in fauo spectari possint; mel scilicet & cera, quæ melis est hospitium, ut loquitur S. Hieronymus Epistola ad Gaudentium; mel quidem de celo est, cum sit ros quidam, ut est apud Senecam Epistola 84. annuentibus bene multis id est exquisitè rimatis apud Aldronandum l. 1. de insectis c. 1. & 2. Cera autem infernè habetur. Legitur enim ab apibus ex plantarum lachryma & gummosa substantia, ut habet Aristoteles 3. histor. cap. 21. & lib. 5. c. 2. & Plinius l. 11. c. 8. & suis aliorumque experimētis firmat Aldrouadus supra c. 3. §. quid sit, & unde fiat cera. His si addas, ceram ab ape (quod animal Virginitatis symbolum habetur,) confici: hoc est, collecta ex plantis ea quam retuli materia, conformari in fauum, mellisque cellas, nihil admodum erit, quod corpus Christi Domini de materna substantia seclusa paterna opera confectum & configuratum, cum apum cera componendum desideres. Accedit insuper insignis proportio; quod cum cera sic collecta & efformata ut diximus, sit colore flauo; affusione tamen aquæ, & multi luminis solaris è quo calor existat luculentus, albescit cera. Hanc enim esse alboris in cera originem, ex Philosopho docet Scaliger exerc. 3. 15. num. 12. Quod naturæ & artis miraculum, proportionem locum habet in sanctissimo Christi corpore: quod quamuis materiali conditione ex parte matris, indidem esset unde corpora nostra; tamen Spiritus sancti obumbratione rectum, & diuini Verbi radijs concalescentum, super niuem est dealbatum, & excipiendæ animæ Deo coniunctæ capax factum, elongatumque à corruptione iuxta illud non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quo ex capite, cere etiam responderet. Nam cera à corruptione est immunis; imò incorruptionem etiam conciliat corporibus; ut propterea Persæ, quod notauit Brissonus lib. 2. de regno Persarum & ex alijs Tirag. ad Alexand. l. 3. c. 2. ceram tanquam balsamum cadaueribus illinerent. Spectauit huc Guericus Abbas serm. 1. de Purificat. Deiparam his verbis compellans. [Gratulor & gratificor tibi gratia plena quæ misericordiam genuisti quam suscepi: Cereum præparasti, quem accepi: Tu ceram ministrasti suscepto lumen, Virgo, Virginum Virgini, dum incorrupta mater, incorruptibile Verbum, incorrupta carne vestisti.] Pulchrè in benedictione cerei ex ritu Missæ Ambrosianæ. [Docet in hoc Domini Salvatoris nostri vespertinæ resurrectionis aduentu, ceram nos adoleze pinguedinem, cui suppetit candor in specie, suauitas in odore, splendor in lumine; quæ nec marcescenti liquore destituit, nec offensam tetri nidoris exhalat, &c. Ceras igitur nec pinus exusta desudat, nec crebris sauciata bipenibus cedrus illachrymat; sed est illis arcana de Virginitate creatio, & ipsæ Transfiguratione nitui candoris albescunt.] Ad extremum cum scribat Aristoteles 2. Meteor. c. 3. nautas, deficiente eis aqua potabili marinam aquam percolare in vase cereo, multis foraminulis pertuso, indeque aquam colligi dulcem, omni falgine & amarore ad ostia foraminum harente; est quod agnoscamus unde indalcata sit falgine nostra, & unde aquæ nostræ amarissima, passionibus inquam & acerbitates, factæ sint potabiles & tolerabiles. Percolatæ enim sunt in Christi corpore, & multipliciter pertuso, quot excepit sublinuitque pro nobis flagella, confusiones, vulnera, atque incommoda.

*Myxus cerei, accommodatus anima Christi.*

349. Pergo ad cerei nostri myxum. Plerique iam prolati DD. quod in cereo mytico respondet myxo,

animam esse tradiderunt: Pulchrè præfatio Ambrosiana proximè adducta. [Papyrus (sic à materia antiqua notat myxum:)] liquida fontis unde producit, quæ instat infontis animæ nullis articulatibus compagibus, sed virginali circumsepta materia sit hospitalis ignibus alumna riuorum. [Et est sanè magna animæ & mixti consensio. Priusquàm enim lanigeræ arbores ex Arabia innotuissent, myxi ex lino aqua: macerato, & mox arfacto & tulo in faxo, mallico stupario, ferreisque hamis exquisitè depezo, conficiebantur, ut est apud Plinium l. 19. cap. 1. & pereleganter ac fuscè apud Heropium l. 3. Hermathenæ pag. 46. (tametsi de lini Ethymologia more suo philosophatur.)] Est igitur myxus lino. Itaque apud Esaiam c. 42. eo loco qui de Christi mansuetudine accipitur Matth. 12. lino pro myxo accipitur. Sic enim habet Esaias. *Nam clamabit, & nemo exaudiet vocem eius calanum quassatum non contereret, & lino fumigans non exstinguet.* Lino fumigans, idem est quod myxus, unde adhuc post extinctum ignem fumus exhalat: significaturque tantam fore Christi lenitatem, tamque molliter & absque impetu actutum Christum, ut vel si famigantem myxum pedibus calcet, non sit extincturus. Quod mysticè ad tunc quassatum regnum Indæorum, & lino Sacerdotij ferè extinctum; per Christum tamen non profus extinguendum, accommodat S. Gregorius 33. moral. cap. 4. Ad litteram tamen, de myxo (ut dixi) accipi debet: ita ut sit prouerbialis locutio significans Christi lenitatem, qui calcans myxum non plene extinguit. Quia verò animæ nostræ, quæ corporum ceris ut myxi inferuntur, ipsam proportionem (ut sic dicam,) tormentis, quibus lino aptantur, ut diuino luminis fouendo sint idoneæ; propterea Origenes hom. 7. in Ite. in fine, animas nostras confert lino, verbis illis. *Lino ex terra nascitur. Nam cum semen eius in humum fuerit abiectum, primum in gramine pullulat; deinde ut infinita prætereant, demersum transferit domum, pertinet, lauatur, recitur, tunditur, & ingenti (ut ita dicam) opera excutitur, quo tale fiat, ex quo possit cinctorium, aut aliud quid in vñs necessarios operari.* Et nos ergo vniuersi qui generationem habemus ex terra, aut lino quod in cinctorium Dei pectitur, multa cura indigemus ut petiamus, ut lauemus, ut colorem terræ abiciamus. Alius quippe color generationis in lino est, alius cum fuerit opeta mundatus. Generationis color obscurior est & nigrior, operis autem lucidior. Tale quid in exordio euenit. Nigri enim sumus quando regemur, quando credimus, quando in Canticorum cantico dicimus, *Nigra sum & speciosa.* Ethiopibus similem habemus animam indecoram; abluimus ut fiamus candidi, ut nitorem qui nobis insit ex natura non fuerat, diligentia conluamur, iuxta illud quod in eodem loco scribitur: *Quæ est ista quæ ascendit dealbata?* & efficiamur lino candidum purumque aqua. [Eadem pulchrè tradit Autor libri de vita Eremitæ ad sororem cap. 38. tomo 1. Aug. in append. causas tradens cur sacra corporalia (ut vocamus), ex lino solo confici debeant: ut significetur qua via ad candorem progrediantur Christianæ animæ, & quomodo sicut lino iuxta Plinium supra, semper iniuriâ melius, ita Christianis animabus, ex vexationibus & iniuriis, multa bonorum fiat accessio.

350. Non fuit quidem Christi animæ, & deiectione statu ad bonum progressio, qualis in nobis: ut proinde non possit eo ex capite conferti cum lino. Penes cetera tamen omnia, perbellè anima Christi respondet lino. Nulla enim vnquam anima intra aquas adeo macerata, nulla quocunque vitiis humore adeo exsiccata, nulla acridis tunia & depeza, omnique vexationum genere diligentius carminata, quàm Christi anima. Accedunt alia, quæ in Christi animam cadunt insigniter. Lino enim nota puritatis habetur, iuxta S. Angusti



S. Augustinus serm. 217. de temp. ubi tractans illud de muliere forti, *quasi lana & linum*, & querens quid sit lana, quid linum; [Lana (inquit.) carnale aliquid, linum vero spiritale significat; quia in ordine quod, linum vero spiritale significat; quia in ordine vestimentorum, interiora sunt linea vestimenta, lana vero exteriora. Lana etiam de commixtione animarum nascitur; linum vero sine carnis voluptate de terra procreatur; ideo castitatis imaginem præferre videtur, in tantum ut Sacerdotes veteris Testamenti, ex præcepto legis, propter castitatis indicium, lineis femoralibus virentur. Ergo in lana carnale aliquid, in linum vero spiritale significatur.] Eodem spectavit Philo lib. 2. de Monarch. cum, exponens vestes Sacerdotis ac Pontificis, inter quas linea tunica numerabatur, ait: *idcirco præcipiam illis vestem huiusmodi*; quia linea non conficiuntur à mortali materia, sicut vestes laneæ. Pythagoras ea ipsa ex causa, ut in eius vita prodiret iambicus, titratum & corpus lineis vestibus operiebatur: laneas vestes, quia ex commixtione & carne ortum habent, refugiebat. Unde illud Apulei in Apologia [linum] textum, purissimum rebus divinis velamentum. Quippe lana segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, iam inde Orpheus & Pythagoras Syrtibus, profusus vestitus. Sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modò indurui & amictui sanctissimis Aegyptiorum Sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris usurpatur. Ita ille, depellens criminationem qua Magus audacter, ob lineum textum in Pontiani Bibliotheca depositum. Vides quàm appositè spiritualitas & celestis ergo animæ Christi, eiusdemque nitor & summa sanctitas, lineo mixto exhibeatur.

Quod tamen præterea ex his lini conditionibus, purissime carni Christi accommodetur, nonnulli lineum exprimere malunt corpus Christi. Sic Beda q. 8. ex tunc, exponens quomodo David in typum Christi accinctus legatur Ephod lineo, rationem reddit. [Nam linum quod terrâ procreatur multiplici labore ad candorem vestis peruenit, veritatem humanæ carnis, inter flagella triumphantis ostendit.] Sed & Remigius in cap. 27. Matthæi, exponens cur Christus, indolens in solui corpus suum à cruce depositum voluerit, [Sindon (inquit.) lineus pannus est; linum autem ex terra procreatur, & cum magno labore ad candorem perducitur. Designatur ergo quod corpus illius, quod ex terra, id est ex Virgine sumptum est, per laborem passionis, peruenit ad candorem immortalitatis.] Approbat eam rationem Palæotus cap. 2. de sacra Sindon. nam. 1. ubi Malonius, ad idem profert glossam cap. consulo de consecrat. dist. 1. & ibid. Turcemanam, Hostiensem, Panormitanam, itémque Guillelmam, Darandum in Rationale lib. 4. rubrica de pallis. Non displicet hæc allegoria. Eam tamen quam produxi, quæ retineo. Nec est quod veter idem symbolum penes varia adiuncta, exhibendis aut adumbrandis rebus diuersis, vsui esse.

#### Flamma cerei Christi, Diuinitas.

351. Tertium quod in cereo considerandum proponitur, est ignis seu flamma, unde calor & lumen. Hunc cerei nostri ignem, Doctores supra prolari; aiebant esse Verbum diuinum, & rectè. Nihil enim Deo Verbo congruentius, quàm ignis, ut liquet ex 3. o. illis proprietas ignis, quas S. Dionysius c. 15. celest. Hierarch. considerat, & Deo accommodat: obseruans familiarissimum esse Scipituris, Deum & diuina omnia, per ignem exprimere, ob magnam ignis inter res nostras similitudinem cum Deo, præferre (ut obferuat idem annotans Ildor. Pelus. lib. 4. epist. 66.) ob summam ignis communicabilitatem, & vim altipetam. Quæ omnia cum in omnes diuinas personas, tum maxime in secundam cadunt: cum illa personaliter se communica-

rit, quod aliæ nō fecerunt. Huc refero illud, *erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma*: quod S. Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 16. exponit de Spiritu sancto. Nec non igne innoxium Moyse in rubo ostensum. Verum sicut hunc ignem, esse symbolum Verbi, quod spineto carnis nostræ adiunctum, non fustulit sed admisit eius incommoda, præclarè obseruauit D. Gregorius 28. Moral. initio, nec non Oecumenius Actorum 7. Ita ignem illum, in quo sanctus Dei, & lumen Israël futurum erat, commodè intelligemus Verbum diuinum, quod in carne sua, toties dictum est lumen Israël, & sanctus Domini. Et hic reipsa est ignis illi denorans, & ardore sempiterni, cum quibus nihil nisi iustum & purum habitare posse, idem Isaias alio loco confirmat. Quantum ab hoc igne cerei nostri lumen, quantus item calor existat, nulla satis assequatur oratio. Innat tamen balbutire de utroque nonnulla.

#### Item amor Dei per Christi animam, eximia eius scientia commensurus.

352. Lumen à Verbo refusum in cereum suum, hoc est in Christi humanitate, illa est cognitio euidentissima diuinæ essentiae ac personalitatum, quæ necessarîo communicanda fuit animæ Christi, iam ex primo momento productionis, ut agnosceret suum esse, cuius completio ex diuina Verbi substantia pendebat. Cum ea autem lucis vberitate circa Deum & diuinam essentiam, nemo non videt, communicatam insuper esse copiosam lucem circa Dei opera, & ordinis naturæ, & ordinis gratiæ, tam præterita quàm præsentia atque futura. Quæ omnia cum copiosè sint explicanda tractando perfectiones intellectus Christi, nunc quantum ad hoc institutum attinet; satis erit Lectorem ablegare ad Sitacidem cap. 24. ubi diuina sapientia in procinctu ad suam Incarnationem, ut sentit Palacius ibi, imo quantum ego arbitror, in puncto & momento quo peracta est Incarnatio, inducitur celebrans animam suam, & in Deo honorari, id est non ementitis titulis honorem accipere, sed fundatissimis ac verissimis, idque in medio populi sui, & in Ecclesia altissimi, & in conspectu virtutis illius, & in plenitudine sanctæ, ac multitudine electorum, & inter benedictos. Tam multis, sed eodem recedentibus loquendi modis, Spiritus sanctus designatum voluit cætum sanctorum Angelorum omnium, qui virtus Dei sunt, & exercitus celestis. Omnes enim affuerunt, & admirabundi exceperunt hoc diuinæ sapientiæ encomium, càmque laudibus gloria & benedictione cumularunt. Hic est sensus vestibuli prædicti capitis 24. Ecclesiastici sapientia laudabit animam suam, & in Deo honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur, & in Ecclesia altissimi aperiet os suum, & in conspectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sanctæ admirabitur, & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur, dicens, ego sapientia Scc. Sermonem hunc panegyricum, Sapientia nō potest dici habuisse ante mundum conditum; cū diserte mox prodatur, se lumine cælum ornasse, & in fluctibus maris ambulasse, quæ mundi ortum præcessisse, hunc autem panegyricum sermonem, esse subsecutum, supponunt. Constat item eundem sermonem, non fuisse habitum ante Mosem atque Dauidem, quorum mox in hoc ipso sermone fit mentio, tamquam anteriorum. Fuisse autem habitum ante Incarnationem, nō rectè à Palacio inde colligitur quod hic dicitur, *posuit David puero suo, excitare Regem ex ipsa fortissimum*: quod de Messia, Davidis lectissimo germine, intelligendum esse non dubito. Cur tamen de Messia nondum producto accipi debeat quod vult Palacius, equidem non video. Nam æquè de Messia iam diuinitus excitato atque producto valere ea verba possunt; quatenus is ipse qui in sanctorum sine



in certis visus est & cum hominibus conuersatus, vi diuini promissi quo eum Dauid excitare statuerat, est tandem productus.

353. Igitur cum nihil obsteret, & omnia longè melius quadrent, si diuina sapientia non paulo ante Incarnationem, vt prædictus Auctor ait, sed in ipsomet Incarnationis puncto, commendasse animam suam in tam glorioso cœtu dicitur; in eam planè venio sententiam, vt Syracides edoctus à Spiritu sancto mysterium Incarnationis Verbi, & productionis Christi, describat orationem luculentam, qua Sapientia Dei in puncto Incarnationis, astante Sanctorum & electorum plenitudine, celebrat animam suam: hoc est siue seipsam (iuxta Scripturæ phrasim qua Deus in anima sua iurasse dicitur, id est seipsum;) siue simpliciter & iuxta literæ corticem, suam animam, cui tantum decus tunc obrigit ex vnione cum Verbi persona, & tot bonis ex ipsa prodituris, per satisfactoria & meritoria opera, quæ elicitura esset in corpore. Nam ratione diuini suppositi, cedunt in animæ Christi decus, quæ primum profertur in hoc encomio, de ortu sapientiæ ex ore Altissimi, primogenitæ ante omnem creaturam, de productione lucis & orbis stabilitione per eam, atque Dominio supremo & principatu illius in omnia. Ad humanationem verò Verbi, pertinet requies ex præcepto siue decreto Altissimi, in Sion quæ sita, ipso creatore quiescente in tabernaculo quod construxit sapientiæ ad inhabitandum in Iacob, hæreditandumque Israël, & mittendas radices in electis Dei, & populo honorificato, ac Sanctorum plenitudine, in qua vt lectissima quæque & odoratissima plantæ caput extulit, & fragrauit incarnata Dei Sapientia, omnium aromatum vincens suauitatem, omnes honestatis & honoris fructus proferens, dilectionem pulchram & castam, timorem, agnitionem, & sanctam spem, omnem gratiam viæ & veritatis, omnem spem vitæ & virtutis. Hæ fuerunt sanctarum actionum fruges, è quibus Sapientia Dei laudauit animam suam in puncto Incarnationis coram omnibus Angelis, affusa ei copiosissima luce, qua apertè & clarè spiceret diuinæ erga se beneficentiæ vbertatem; qua & ad diuini Verbi decora per vnionem personalem est euecta, ita vt ornamenta personæ cui ipsa substantialiter adiungebatur, in eam quoque per communicationem idiomaticam, prout partem humani compositi Verbo copulati, refunderentur; & in sua creata entitate, fons honorum omnium, & Dei benedictionis perennis ad nos (caturgo, est constituta.

Hæc luce perfusa in primo creationis suæ momento anima Christi, quantum conceperit ex tam vberi luce calorem, supra creati cuiuscumque ingenij facultatem sit cogitare, nedum dicere. Suspiciari amen vt cumque possumus, quandoquidem calor luminis commensus est, luculentum planè dilectionis in Deum calorem, imo æstum ac incendium fuisse in sanctissima illa voluntate excitatum. Et quando videret hoc esse Dei beneplacitum, vt requiem sibi in hominibus pararet, his mundatis & sanctificatis, aptatisque ad dignum Deo stratum, exaruisse quoque in eorum amorem: & incensissimo ac flagrantissimo actu caritatis erga homines, obulisse se suæque omnia studia, labores, vitam ipsam, ad inueniendum & statuendum in eis locum Domus, tabernaculum Deo Iacob. Et cum distinctè obijcerentur per intellectum à Verbo collostratum, labores, calumnie, ætumnæ, cruciatus, mors teterrima, & quidquid in eam rem ad mensuram redemptionis bonam & confectam necessarium ex decreto Patris foret, tantus fuit voluntatis illius calor, vt & omnia quæ diuinitus proponebantur rata habuerit acceptaque; & supra quàm exigeretur, excipere ac præstare parata fuerit. Quin etiam magnam sibi esse, vocari & esse Dei animam, agnoscens, præ spirituali calore liquefacta, & sancto timore reuerentiali profundissime ob-

iecta, ad diuini Verbi conspectum depressa est, & in nihilum suum ac originarias latebras, præ tanta maiestatis suæque naturalis vilitatis penitissima consideratione, refugit. Quod si plenitudo sancta, & electorum multitudo, vt habent verba Syracidis quæ retulimus, diuinam sapientiam inter benedictos benedixit, & exaltavit, & admirata est, immensa gratiarum actione & laude cumulans ex propositis capitibus diuinam sapientiam, luto nostro tunc confectam, tot tantorumque operum molitricem & artificem, quas par erit estimare, fuisse in eo negotio sanctissimæ Christi animæ partes, cuius erat & lux ad perspicendum plenior, & pondus in Deum per habitus infusus longè acutius, vicinæque ad incretam sapientiam planè singularis:

*Cerei & Christi, compactio proportionalis, concluditur.*

354. Est igitur Christus Dominus, ex humana carne & anima ac diuino Verbo compactus, vt cum S. Bernardo serm. 3. in V. gil. Natiu. Domini dicere memini, [tamquam inmensi & præclari luminis cereus, in huius mundi carcerem illuminatus & accensus.] Huius cerei qui Christus est, candelabra fuisse SS. Apostolos, dixit Petrus Damian. serm. 27. *sub finem*: glossans enim illud Apocal. 1. 1. *Isti sunt due olivæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum*, ait. [Candelabrum tribus pedibus innititur, & in altiora confurgens, cereum superportat, vt qui ingrediuntur lumen videant: ita & Apostoli, tribus virtutibus innitentes, operatione, prædicatione, miraculorum consecratione, lumen verum Dominum Iesum Christum, ingredientibus ad fidem tota elatitate monstrant.] Iusti quoque, quorum præsertim ministerio affulget cæteris lux Christiana, æque censendi sunt candelabrum tripes, fide, spe, ac caritate subnixum.

*Vfus doctrinæ.*

Nos quoque Christi imitatione & exemplo, in cæcos conformari, & ardere ac lucere, consentaneum est. Non peruerso illo modo quo aliqui in Satana cereos aptantur, ardentes & lucentes, vel priuatim in suum, vel communiter in suum & aliorum exitium: Ea ferè ratione, qua vt est apud Tacitum 1. 1. Nero perfectum feritatis exemplar, & abiectæ humanitatis in humanis lineamentis & externis exonijs id ea, primos Christianorum, quorum damnationis in urbe Roma dedicatus fuit, atroci letho consumpturus, eos conformari iussit in cereos, ad vsum nocturni luminis. Horresco referens! [adacto per medium hominem, qui per os emergeret stipite,] vt Seneca Epist. 14. loquitur, infelicem cruciarum cera plurima, picæque ac bitumine oblini mandabat, vt arderet velut cereus. Quo ferè modo ad arandum aptabantur, qui subibant [tunicam alimentis ignium & illicitam & inextinctam] cuius ibidem Seneca meminit; quamque Martialis lib. 10. ac Iuuenalis criminolorum atrocium supplicium attingens, *tunicam molestem* appellant. Et verè molestam dixerunt, in qua cremabantur lento igne per eam materiam serpente, vt ardent cerei. *Ardentem tunicam* vocasse visus est Tertullianus ad marty. agens de ijs qui ad ignes se auctorauerunt. Et eodem respexit in Apologetico, cum eum qui illius ardebat, dixit induisse Herculem Oeteum. Ad hanc tunicam, si plurimū ceræ picis, & huiusmodi facile igniscentis materiæ immediate carni noxiorum affusam, insuperque pali infixio proposita accederet? perficietur ea quam dicebam supplicij atrocitas, hominis in cereum conformati, sicque lento igne absumpti, de qua videndus interpres Iuuenalis ad illud Satyræ 1.

*Teda lucebus in illa*

*Qua stantes ardent, qui fixo gutture funant.*

Non



Non diffimili crudelitate, qui Neroni tam horrendæ immunitatis Aurore et incensor fuit, mortalium pietateque in profanos cereos conformat, & igne Tartareo milite absumit. Iuvenes cera confectæ S. Angelus apud Edderum l. i. vitæ *veritatem*, ob mortem & æquum omnibus externis impressionibus naturam. Quid etiam spectâse videtur Plato, referente Clement. 2. Strom. cum dixit, voluptatem homines necant. Sed non minus profectus cerei sunt, effice cereos. Sed non minus profectus cerei sunt, quatenus facillime impuri ignibus corripuntur, atque conflagrant veluti cere. Et quidem si alijs ad magnum præluceum, vel quomodolibet noceant, ignem quem concepterit diffundentes, non prius alijs sunt immo quam sibi exicio. Priores enim ardent, æquæ autem priusquam aliquid ab eis incendatur, implere ardere, & nisi ardentes non incendunt. Quæ est D. Augustini comparatio conc. i. in Psalm. : 4. ad illud, *capitio non deficiat, apprehendit eum*. Si verò bona male exequantur, referunt quodammodo ceræ faces, ait Nicol. i. ad Consilia Bulgar. cap. 71. sibi nimirum detritum cum præstantes, dum alijs commodant. Non igitur, damno hisce & profanis modis cerei sumus : sed Christi exemplo, nostrique in Dei gloriam assumptione per carnis illatum à Christo ignem, qui ne in cereo nostro à venis circumfornantibus extingatur, vtraque manus ad bina citiusodiendos sit, vt pulchre philosophatur Bleien. ferm. 49. *sub fin.* Optimè etiam S. Bernardus hom. 3. de Vigil. Nariuit.

C A P V T VI.

*Ad idem, lucernæ symbolum.*

**C**ereum & lucernam, in vſu Autorum in-  
cerdum confundi, extra controuerſiam eſt.  
Erat enim candela apud aliquos ſumitur pro lucerna,  
vt apud Anaſtaſium in Sylueſtro, cum ait candelas  
ardere ex oleo nardino piſſico; ita e contraſio lucerna  
quandoque efficitur candelam, quod plerique Pa-  
trum, de ſanctis luminibus, ſine de baptiſmo agentes,  
datum baptizatis cetum diſerte teſtatur: cum tamen  
alij quidam, cum ritum ſacrum attingentes, vocent  
lampadas, vt Nazianz. orat. 40. Cyrellus Catech. i. my-  
ſtag. Ex eo nimirum, quem dixi, promiſſio lucernæ  
de ceti vſu; quem apertè ſerunt illi Venantij Fortu-  
nati lib. 4. cetum, cum deſcribit baptiſmum Iudeorum  
per S. Anthon.

Undique raptâ manu lux cerea prouocat astra,  
Credas ut stellas ire trahendo comas.

Lætius hinc vestis color est, hinc lampade fulgor  
Ducitur, & vario lumine picta dies.

Quam primum dixerat lucernam cereram, mox fulgorem  
lampade duodecim nominat. Sicut etiam Gregor. Tuto-  
ly. Histo. Franc. c. 1. eundem baptismum describens,  
eodem habet flagrasse ceres, & lampades refu-  
sile. Quia quod Gedeonice lampades atque lucernae,  
non aliud fuerit quam cerei intra laternas? Neque  
enim Tyranus, & Abulenſis, Montanūque notant  
in c. 7. Iudicum, & ibidem Serarius q. 16. Lampades in  
quibus oleum fulgent ignem, opportune fulſſent cir-  
cumſationi illi per milites: Eſulo quippe oleo, red-  
ditae fulſſent inſeſtes. Obſervant ergo, eas lucernas  
fulſſe ceres intra teſſam abditas, quibus lampadum  
& lucernarum nomen ſit datum.

*Lucerna pressè dicta, in usu sacro, iam olim.*

356. Quamvis igitur cereus & lucerna interdum in vin Ecclesiastico confundantur; hic tamen lucernam feminis præse: quatenus in ea ignis fuerit, olei alteriusve liquoris affusione. Quo sensu lucernæ, non modo fuerunt in antiquo usu sacro cum Ethnicorum,

tum Hebræorum, sed etiam Christianorum, ut docent  
illa S. Paulini natal. 9. Sancti Felicis.

Ecce vides quantum splendor, velut ade renatas  
Rideat : inculptum camera crispante lacunar  
In ligno mentitur ebrius ; rectoque superne  
Pendentes lychni spiris retinentur abentis,  
Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant  
Funibus ; undantes flammæ laevis aura fatigat.

Prudentius hymno S. Cathemer. *sub fin.* aperte idem tradit illis versibus.

*Pendent mobilibus lumina funibus,  
Qua suffixa micant per laquearia,  
Et de languidulis fota natalibus,  
Lucem perspicuo flamma iacit vitro*

Et eiusdem hymni initio, describens scintillas ignis  
Saxigeno semine quasitas, id est felicitis scintillam ex-  
cudi a nobis, signante Deo lumen veridicum de Chri-  
sto petendum.

*Ne nesciret homo spem sibi luminis*

*In Christi solido corpore conditam,  
Qui dici stabilem se voluit petram,  
Nostris igniculis unde genus venit.*

*Pinguis quos olei rore madentibus  
Lychnis, aut facibus pascimus aridis,  
Quin & fila fauis stirpea floreis  
Presso melle prius collita fingimus.*

*Vinax flamma viget, seu cana testula  
Succum linteolo suggerit ebrio,  
Seu pinus pictam fert alimoniam,  
Seu ceram terentem stuppa calias bibit.*

*Nectar de liquido vertice feruidum  
Guttatim lachrymis stillat alentibus;  
Ambustum quoniam vis facit ignea,  
Imbrem de madido flere cacumine.*

*Splendem ergo tuis muneribus pater  
Flammis mobilibus scilicet atria,  
Absentemque diem lux agit amula  
Quam nox cum lacero viſta fugit populo.*

*Cur videatur, non posse esse Christi symbolum.*

357. Huiusmodi presē acceptam & cereo contra  
distinctam lucernam, esse posse Christi symbolum,  
negare videtur Origēnis hæc sunt verba hom. 1. 3. in  
Leuit. in mystica luminum tabernaculi expositione.  
[Ante Aduentum Domini mei Iesu Christi, Sol non  
oriebatur populo Israël, sed lucernæ lumine vivebatur.  
Lucerna enim erat apud eos sermo legis, & sermo  
propheticus, intra angustos conclusa parietes, quæ non  
poterat in orbem terræ lumen effundere. Intra lucernam  
namque condehebatur scientia Dei, sicut & Propheta  
dicit; *Nomen in Iudæa Deus*. Vbi verò exortus est Sol in  
iusticiâ Dominus & Saluator noster, & natus est vir de  
quo scriptum est: *Ecce vir, Oriens nomen est ei*; per  
vniuersum mundum scientiæ Dei lumen effusum est. Ser-  
mo ergo legis, & sermo Propheticus erat lucerna ar-  
dens; sed ardebat intra ædem, nec ultra poterat emit-  
tere splendorem suum. Quod autem sermo legis &  
Prophetarum, lucerna dicatur, dominus ipse nos do-  
cuit dicens de Ioanne Baptista; *Ille erat lucerna ardens*  
& *lucens, & vos voluistis ad horam exultare in lumine*  
*eius*. Et alibi dicit, *quia lex & Propheta usque ad Ioan-*  
*nem*. Lucerna itaque ardens, est Ioannes, in quo lex  
concluditur & Propheta.]

Non solum ob lucernæ spiculum lumen, vnde videtur negari Christo ab Origene *lucerna* nomen; sed etiam ob lucernæ extinguitabilitatem, idem videtur docere S. Ang. tract. 23, in Ioan. *ferè initio*. Sic enim scribit, cum præmisisset testimonium Ioannis de Christo, quæ fuisse tanquam lucernæ. [Omnes homines lucernæ, quæ et accendi possunt & extingui. Et lucernæ quidem cum sapiunt, lucent, & Spiritu feruent. Nam & si ardebant & extinctæ sunt, etiam putent. Permanserunt enim

enim

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



Enim serui Dei lucernæ bonæ, ex oleo misericordiæ illius, non ex viribus suis, Gratia quippe Dei gratuita, illa oleum lucernarium est. *Plus enim illis omnibus laboravi, ait quædam lucerna.* Et ne viribus suis ardere videretur, adiunxit; *Non autem ego, sed gratia Dei meæ.* Omnis ergo prophetia ante Domini Adventum, lucerna est. De qua dicit Petrus Apostolus; *Habemus certiores prophetici sermonem, cui bene facitis intendentes, quæ admodum lucerna lucenti in obscuro loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.* Lucernæ itaque Prophetæ, & omnis prophetia, vna magna lucerna. Quid Apostoli? Non lucernæ etiam ipsi? Planè lucernæ. Solus enim ille non lucerna: non enim accenditur & extinguitur, quia sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Lucernæ ergo, & Apostoli; & gratias agunt quia & accensæ lumine veritatis sunt, & feruent spiritu charitatis, & suppetit illis oleum gratiæ Dei. Si non essent lucernæ, non diceret illis Dominus, *Vos estis lumen mundi.* De quo nimirum lumine statim subiungitur, *neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, quod de Apostolis dictum esse, latè continenter prosequitur S. Augustinus.* E contrario igitur Christus, quia inextinguibile erat eius lumen, quippe non emendicans de foris fomenta, sed habens vitam in semetipso, lucerna non erat, sed lux vera & pura, illuminans omnem hominem. Accedit illud S. Ambrosij l. 7. in Lucam ad cap. 12. [Quia nox est dies huius vitæ, lucerna est necessaria; Christus autem non est in nocte.]

*In quibus statuenda Christi & lucernæ comparatio.*

358. Hæc quidem manifestè probant, penes quædam capita non posse Christum per lucernæ symbolum significari v.g. quia manavit ab eo non lux spiritalis, cuiusmodi est lux lucernæ, sed copiosa & diffusa per orbem vniuersum. Quamquam id non officere viqueque, quominus Christus lucerna dici possit, demonstrat pulcherrimè verbis illis S. Ambrosij serm. 14. in Psal. 118. ad v. 1. [Verbum Dei (inquit) lucerna est. Nōne hoc in principio erat Verbum apud Deū? Quomodo ergo lucerna est? Nonne hoc erat verum lumen quod illuminat omnē hominem venientem in hunc mundū? Quomodo ergo lucerna dicitur: Esaias clamat: *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Quomodo hic dicitur lucerna? Sed videamus ne fortè idem verbum Dei alijs magna lux sit, ijs lucerna. Mihi lucerna, Angelis lux est. Petrus: erat, quando astitit ei Angelus in carcere, & lumen fulsit ei. Paulo, lux erat, quando euntem ad persequendum populum Christianum, circumfulsit eum lux de celo, & audiuit dicentem sibi *Saule Saulle quid me persequeris?* magna quidem lux. Denique lucernæ Pauli lumen fuit, ubi diuinæ splendor lucis emicuit. Et verè lucerna est mihi Christus, quando is nostro ore recensetur. Lucet in limo, fulget in vase fictili thesaurus ille, quem habemus in vasis fculibus.] Et inferius. [Ergo si gloria Sanctorum nunc sicut lucerna, nunc sicut lux mundi fulget in hoc seculo, quid dicimus de Verbo Dei, quod & lucerna est pedibus meis? Et fortasse ubi non sunt tenebræ, non est lucerna, Verbum Dei, sed supra lucernam quia lux est. Tenebræ ijs non sunt, qui vident lucem. Denique tunc iusti fulgebunt sicut Sol, in regno patris eorum. Et fortasse secundum legem lucerna est Verbum Dei, secundum Evangelium, lux magna est. Iudæis lucerna est, & lucerna sub modio. Lucet lex, sed non videtur, quia operta eorum doctrina est, & contagione vitiorum & cæcitate peccatorum. Populo autem nationum, lux est. Denique populo, qui sedebat in regione umbra mortis, lux orta est eis. Aperi igitur fenestras tuas, ut splendor tibi magnæ lucis introeat.] Liqueat ex his, sub qua ratione Christus, lux magna, possit insuper lucerna appellari, etiam si penes ea capita quæ proponebantur,

verè negare liceat posse Christum cum lucerna componi.

Illud item alterum caput, quomobrem Christus lucerna dici non debeat: quod ex D. Augustino propositum est, non obstat quominus Christus sub aliqua ratione eam denominationem admittat. Inde enim ducatur argumentum, quod lux Christi, flammam nunc ardentem, mox extinctam ut nobis accidit, non consequitur; sed iugem & inextinctam, quippe ab intrinseco habentem unde foveatur: cum Christus quoad gratiam foveantem, sit fons fluminis sui, ut de Deo dixit Paschasius Diaconus. Sicut enim Christo intrinseca fuit persona Verbi, ita connaturale ei fuit habere ex hoc extremo sibi interno, atque adeò non deforis, gratiam qua flamma caritatis perpetuò arderet. Præterquam quod Verbum ipsum, flammæ munus in hac lucerna obire, dici potest, de quo multo liquidius est, & esse inextinguibile & externa fomenta non emendicare. Hæc tamen probatio illud dumtaxat efficit, Christum propter Verbum, malè cum lucerna esse conferendum. De quo Christo propter verbo, intellexit D. Augustinus quod negat Christum esse lucernam, ut patet ex serm. 23. in Psal. 118. Penes igitur ea capita, Christus negatur à citatis Doctoribus lucerna esse, quamvis penes alia, rectè cum lucerna componi possit, ut factum est à Scriptura & Patribus.

*Isaias, & David, ad hoc institutum.*

359. Ex Scriptura, luculentus est locus Isaiæ 62. vbi Prophetæ, ut optimè ibi expendit D. Hieronymus, prænnunciato Saluatoris aduentu, & bonis quæ per eum obuentura, erant Ecclesiæ, contestatur se precibus iacentium preces, nec vniquam oratione & interpellatione destitutum, donec veniret Christus, & veluti lampas ardens, illucet Sioni. *Propter Sion* (inquit) *non tacebo, & propter Hierusalem non quiescā, donec egrediatur ut splendor iustus eius, id est ut fulgor ex nube, ut habent Hebræi, & pulchre profertur Methodius orat. in Hypapantem, & saluator eius ut lampas accendatur.* En iustum Domini, & Saluatorem humani generis, collatum lampadi suæ lucernæ.

Non desunt etiam qui illud Psalms Psal. 131. *Paravi lucernam Christo meo*, de Christo interpretenur. Communissima quidem expositio id accipit de Baptista, qui fuit lucerna ardens & lucens, parata ad Christi indicationem, & manifestationem. Atque ita S. Cyrillus 10. de ador. lucernam in primo tabernaculo collocatam, quam legem esse alibi asserit, exponit de Baptista ad Christum prævio. Tamen non malè Eusebius l. 4. de demonstr. cap. 21. Christum cui ea lucerna parata dicitur, interpretatur secundo loco ipsummet Davidem, cui iuxta promissum diuinum, productum sit illic cornu, id est in Bethleem, & parata ibidem lucerna, hoc est Christus. [Fortasse etiam (ait Eusebius), ipsum in Bethleem à Christo assumptum corpus, alio quodam intellectu his verbis significans; quando per corpus, tamquam per stacuum vas, inhabitans in illo diuina virtus, quasi per lucernam, diuini illius & rationalis luminis radios, in omnes emisit homines.] S. Epiphanius orat. de Deip. eidem interpretationi videtur astipulatus, cum candelabrum aureum Zachariæ de Virgine Deipara interpretatus, subdit. [O candelabrum Virgineum quod illustrauit tenebris involutos! O candelabrum Virgineum, repellens tenebras, & lucem splendere faciens! O candelabrum Virgineum, quod ab altissimo throno accepit ter lucidum ignem, vnum inextinguibilem, consubstantiali, & ad illustrandam terram resplenduit. O candelabrum Virgineum, de quo per Prophetam Deus inquit, *Illic producam cornu David, paravi lucernam Christo meo.*] Liqueat S. Epiphanius lucernam de Christo ipso accipere, quæ parata alteri Christo, Regi inquam Davidi dicatur; alioqui







dixit, Ego sum lux mundi: Ipse enim verè est lux quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum virtutum. Quomodo verò hic simul sit oculus & lucerna nostra, planius oratio demonstrabit. Caput plenitudinis Ecclesie, est ipse Christus. Ita enim ait magnus Apostolus Paulus: non verò membra ipsius, & membra de membro. Præstantissimum autem sentiendi instrumentum in capite, oculus. Qua igitur ratione est caput, ea etiam oculus est, à quo totum corpus Ecclesie illustratur. Porro autem valde assimilatur Incarnationi Verbi, lucerna. Nam cum Verbum natura sit Deus, & per dispensationem caro factum sit, uti lumen secundum substantiam incircumscriptæ testæ carnis quasi lucernæ media anima, ut per elychnium igni unitum apparuit tenebras ignorantie discussurus. Et certè Dominus sic ait; Nemo lucernam accendens operit eam vase, id est, nemo Verbum in seipso per fidem possidens, tanquam lucernam menti prælucentem, terrena illud cogitatione contegit, ita ut lumen huiusce lucernæ otiosum videatur, non suapte natura, sed eius qui illud continet negligentia.]

*Nec non lampas transiens, & lucernæ sacrorum olim Candelabrorum.*

362. Lampadem transentem cuius mentio est Genes. 37. Christum à Iudeis ad Gentes transentem, interpretari licet, cum Ruperto lib. 5. in Genes. cap. 22. Quamquam Richardus 1. de differentia sacrificij Abrahæ & Mariæ sub fin. aliter eam lampadem interpretatur. Tamen Ruperti expositio elegans est; & aptari ad eam potest, quod habet Cantanifenus apolog. 3. nempe quotannis, in puncto temporis resurrectionis Christi, Hierosolymis tres lampades Christi sepulchro appensas, demisso cœlestis igne accendi, astante Musmannorum Principe, & diligentissime cavente ne aliunde per stropham alicuius veteratoris lumen inferatur. Lampadis enim accensio, manifestum videtur symbolum rediitini Christi iuxta symbolum quod est apud Firmicum 1. de error. profan. relig. c. 20. ac proinde non malè lampas transiens de lumine ad revelationem gentium veniente accipitur.

Producere in hanc ipsam rem licet, alias quasdam Scripturas in quibus candelabrum Typicum, vel quod à Mose fabricatum est, vel quod Zacharias per visum conspexit, Christum adumbrat iuxta Patrum interpretationem. Quamvis enim candelabrum Mosaicum septemplex, spheræ cœlestis septilustris imaginè esse, statuat Philo 1. quis rerum divinarum hæres, ubi tria quæ in Sancto erant, ad agendas Deo gratias mensam pro mundi varia suppellectile, altare pro elementis, candelabrum denique pro cœlo constituta fuisse existimat; idque ex candelabri positura ad meridiem confirmet 1. 3. de vita Mosis, suffragante Clemente Alexand. 5. Strom. cap. 3. Quamvis item Theodoretus Zachar. 4. Mosaicum candelabrum septemplex, divinæ providentiæ, mundo per septenarium dierum quibus temporum cursus voluit, consulenti, imaginem esse statuat: Tamen multo plures & congruentius, candelabrum illud Christo accommodant. Ita Clemens loco allegato in secunda mystica candelabri interpretatione Rupertus in c. 4. Zach. Gregor. hom. 6. in Ezech. & S. Cyrillus 1. 9. de ador. ubi sic explanat cuius rei typus esset candelabrum Mosaicum. [Aureum candelabrum Christi figuram tenet; filius enim ex natura ac verè Deus est; auro autem similis esse putanda est, ut in superioribus definiēbamus, illa divina claritas atque præstantia. Tornatile autem, quia speciosissimus est, & plus quàm oratione explicari possit, ille Emanuel, si pulchritudinem animo spectabilem cogites. Scriptum est enim, speciosus forma præ filiis hominum. Quod igitur candelabrum tornatile factum est, id verò illam pul-

chritudinis præstantiam, id est, divinam illam nostræ Emanuelis dignitatem aptissime significabat. Calamos porro ex dextro, sinistræque latere tanquam ex arbore prodeuntes, inquit, eum medio stipite simul exurgere, & ad parem altitudinem tolli. Quamvis enim vni-genitus ille, secundum naturam vnus sit, & ut Deus simplicem habeat essentiam, diversitate tamen efficientiæ, quasi multiplex esse videtur: Neque verò aliquid in eo externum est, & aduentitium, tametsi divinis attributis quodammodo hand simplex intelligatur. Lux enim, & vita & vis, & incorruptio esse intelligitur. Nam cum docere vellet nihil esse in eo adscititum, intoluit, ut opinor, illud, Sphæra, & calami, & lilia ex ipso sunt, Tornatile ex auro puro, id est, totus vndiq; Deus, non perinde atque ea, quæ orta sunt, sanctificatus: neque ut Angeli, qui in sua quadam natura intelliguntur, licet sint illius gratia, & gloria decorati, ac tanquam auro mundo, Spiritus munere quodam modo illiti; sed quod suapte natura sit illa ipsa res, nempe Deus; illa nimirum purissima, & suprema natura. Septem porro lucernæ sunt; multis namque modis à Christo illuminatio tribuitur: & alij quidem datur sermo Sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, discretio spirituum, & reliqua. Perfectionis autem signum est, numerus septenarius: perfectissimus verò est suapte natura Emanuel tanquam Deus, & charismatum ab ipso fluentium distributio perfectè ijs, proposita est, qui merentur accipere; neque enim ad mensuram datur spiritus, ut beatus Ioannes ait; sed ex eius plenitudine res omnes accipimus.] Non est sensus S. Cyrilli typum candelabri præcisè in Christum cadere proptèr illud verbum: sed indicat ea ratione, quæ fuerit causa & radix tot Christi peculiarium prerogativarum ac perfectionum, quæ verè est Verbi persona. Addit lib. 10. in priorē tabernaculi parte, vnicam ex Mosis præscripto fuisse lucernam. In tabernaculo autem interiore, fuisse locatum septemplex candelabrum: quo declaratum purat, legis quæ Evangelio præiit præexiguum fuisse lumen, quale lucernæ vnus exigit; Ecclesiæ autem Christianæ lumen, quippe à Christo candelabro septemplex dimanans, plenum & copiosum fuisse. Ad hanc mentem, piissima Regina Machildis ut habet Chronicon Cluniacense, candelabrum pedes octodecim altum, illo omni artificio quod Mose indicatum fuerat, fabricatum, Cluniacensi templo obtulit, in Christi Domini symbolum, monumentumque sempiternum; ut ibi annotatur.

363. Idem cum hoc Mosaicum, fuisse candelabrum quod Zachariæ obiectum est, S. Cyrillus priore loco allegato, & 1. 4. in Ioan. cap. 28. censuit, & Lyranus Exodi 25. Quare sicut illud quod à Mose est fabricatum, exhibuit Christum, ita & istud quod Zachariæ est ostensum. Idque S. Cyrillus confirmat ex eo quod de 7. candelabri lucernis subiiciatur, eas expressisse septem Domini oculos, quibus in vniuersam terram prospicit. Geminis item olearum ramos, tenero recentique germine virentes, candelabro circumpositos, quos Angelus Prophetam docuit designare binos pinguedinis filios ante Dominum vniuersæ terræ astantes, S. Cyrillus 1. illo 9. ait denotare populum Gentilem ac Iudaicum: [In quo (inquit,) manifestè & evidenter illud candelabri opificium pro Christi figura posuit; ad cuius dextram, sinistramque partem, olivarum rami tanquam circum illud essent collocati, impingantur oleo, quod sancti Spiritus figuram gerit, mentem credentium irrigantis, iuxta illud. Impingamini in oleum caput meum.]

Guericus Abbas serm. 1. de SS. Petro & Paulo, candelabrum hoc Zachariæ de Christo exponens, lucem, ait, esse diuinitatem, candelabrum humanitatem, quod aureum totum non auratum dici notat; quia siue auro significetur charitas, siue sapientiā, siue diuinitas, nihil horum



horum Christus est per participationem, sed per substantialitatem: cum tamen nos, quippe natura plumbei aut lateri, non aurum vel auri, sed ut multum aurati dicamur. Duos filios olei splendoris, assistentes Christo, interpretatur Guericus SS. Petrum & Paulum.

Rupertus lib. 1. in Daniel cap. 2. duobus illis ramis oliuæ, Angelos & homines, Christi quæ Verbi, quæ hominis, charitate conditos aut redemptos, significari putat. Quidquid verò sit de vniuerso candelabro, de quo disceptantes sunt sententiæ, ipsimet Rabbini apud S. Hieronymum Zach. 4. eam lucernam quæ in summo candelabro eminebat, intelligunt significasse Christum qui caput est legis, quam voluit candelabro significatam in se habere inferius S. Hieronymus, Ecclesiasticos quoque tractatores, lampadem illum in vertice fulgentem, ac commodasse Christo Domino quamvis candelabrum interpretari esse dicat de Ecclesia. Nobis autem in pectus latet, ut lucerna candelabri mystici Zachariæ obiecti, symbolum Christi fuisse agnoscatur & eam alipulati sunt nobis qui candelabrum Zachariæ de Ecclesia sunt interpretati, ut diserte Theophanes Cretemensis homil. 42.

Eadem ex causa, nobis æquè suffragantur, qui candelabri alias expositiones proferunt; ac nominatim bene multi qui Deiparam illo significatam esse volunt. Ita Venantius Fortunatus lib. de partu Virginis, sic alloquentes Deiparam.

*Virgineæ dux, sexu prima secundo*

*Prælatæ affrigeris sela puella choris,*

*Figmentum figulis super omnia vasa decorum,*

*Aque creaturæ fulgida massa noua.*

*Candelabrum pulchrum, Verbi capiendo lucernam.*

*Quam formam sculpsit tam super astra faber.*

*Ornavit Hierusalem sanctum speciosa venustas,*

*A facie templi, vas in honore Dei.*

*Ort diem iaculans, radios à fronte, sagittas*

*Luminibus rutilis, lumen honore rotans.*

Idem habent S. Epiphanius orat. de Deip. laudibus, Georgius Nycomed. orat. de Præsentatione Virginis in templo, Andreas Cretensis hom. de Annunc. S. Damascenus orat. 1. de Assump. & pereleganter his verbis Anastasius q. 53. in script. cum proposuisset explicanda quid significaret candelabrum monstratum Zachariæ. Quod est ergo candelabrum? Sancta Maria. Cur autem candelabrum? Quoniam materiarum expetent lucem gestauit, Deum incarnatum. Cur autem incensum aut cum quoque post partum mansit Virgo. Dicit enim hoc porta erat clausa, & nemo intrabit per eam, sed Dominus Deus solus intrabit & sedebit quoniam ipse est dux, & egredietur, & claudet portam post se. Quod autem reclusa sit porta, testatur Iob dicens, Cur non conclusisti portas materis meæ? Quid est autem lucerna? Deus Verbum incarnatum. Dicit enim Elaias, propter Sion non tacebo, propter Ierusalem non transibo, donec egressa fuerit lampas lumen Iustitiæ meæ: Salutare autem meum, lampas lucerna ardebit. Hic sisto, dimissis cæteris candelabri illius adiunctis, quæ æquè eodem accommodat Anastasius. Satis quippe nobis est, quod lucernam, id est omnibus supereminentem in candelabro lucernam, cui ferendæ candelabrum Virginis est diuinitus prouisum, admittat esse Christum Dominum: quod æquè etiam docent reliqui, de Deipara exponentes candelabrum.

Ratio prior eiusdem denominationis Christo tribuitur, quia homo lucerna; cum quoad vitam naturalem.

364. Satis superque declaratum manet, ex vsu scripturarum & Patrum, lucernam esse Christi symbolum. Accedit ratio, quæ duci potest cum ex eo quod generatim homo lampadis nomine aptè designetur, & Theop. Raynandi Christu.

in naturali & in supernaturali statu; tum etiam ex speciali ratione compositionis Christi Domini. Generatim, hominem quoad naturalem vitam, cum lucerna rectè componi, docet nomen quo apud Græcos homo nuncupatur. A veteribus enim sapientibus, & notat Cælius Dialog. 1. homo dictus est *quæ*, eo quod ratio in eo tamquam ignis in lucerna luceat, ut idem Cælius philosophatur. Videbis insuper Origenem hom. 15. in Genes. ad illud reuixit Spiritus eius. Ipse legit *reacens* est, & alludi ad humanam lampadem docet. Quæ analogia à Methodio quippe pulchrè traditur apud Photium Cod. 237. verbis illis. [Quinque Lychnis lampas, verè nostrum corpus est, quod anima instat facis circumfert.] Sicque accipit lampades in parabola decem Virginum. Idem constat ex definitione illa Aristotelica vitæ in 1. de respit. *Vita est permissio animæ vegetantis in calido & humido.* Quid enim aliud lucerna? Hæc sanè quamdiu affluit oleum, tamdiu non extinguitur. Vento autem vehementiore fomentum dissipante, vel humore affuso obstruente vias eiusdem pabuli, illudve perperam afficiente; nimio item pabulo aut fumo suffocante flammam, extinguatur lucerna nec ultra ardere pergit. Similiter mortales, aut affusa Cathari quasi aquæ vi, aut magna spirituum dissipatione, aut nimia ingurgitatione, vinere desinunt. [Omnes itaque homines lucernæ sunt, quia & ardere possunt & extinguuntur.] Ut D. August. philosophatur tract. 23. in Ioan. præneratque Plato lib. 6. de legibus, conubiales leges præscribens, nec aliter se rem habere in humanæ speciei propagatione & proles per coniugium susceptione docens, quam in Panathenaicis, ubi equites in Deæ honorem concitato cursu acti, lampadem sibi vicissim præbebant: quod expressit Poëta versu illo, *Et quasi cursores, vitæ lampada tradunt.*

Videandus in eam rem Castellanus l. de festis Græcorum, V. *ναυραδ οὐραν* & V. *Ηελιοτα*. Spectabat eodem, quod Romanis, ut est apud Plutarchum q. 75. Rom. lampadis extinctione grauissimè interdiceretur; sed permittendum erat, ut innoxium fumigans seipso deficeret, & perfectè extingueretur. Nimirum cum lampas sit symbolum humanæ vitæ, notatum eo enigmático iussu volebant, nefas esse, cuiquam innoxio vitam violenter eripere, sed ut quilibet naturali defungeretur, permittendum esse. Inter ipsos Christianos tempore S. Ioannis Chrysostomi grassabatur corruptela, in quam ille stylum potenter stringit homilia 12. in 1. ad Cor. in moral. Accendebantur simul lucernæ complures, indito cuius certo nomine. Ad duodenarium numerum solitus accendi, inditis nominibus 12. Apostolorum, monstrat narratio de Petro Aragonum Rege apud Marimum lib. 10. & idem ab Andronico imperatore in Simonide filia factum, docet Pachymerij Historia, & ex ea Pontanus in notis ad Epistolam Chrysostoli, præfixam Historiæ Cantaculeni. Quæ lucerna longiore arsisset tempore, eius nomen indebat infanti, diuturnioris vitæ prognosticum. Vides lucernam, in ea profana & meritis improbatâ oblatione, vitæ humanæ symbolum habitam. Idem significatum est ea diuina vindicta quàm his verbis exhibet Petrus Damiani lib. 1. epist. 20. [Quod mihi à seniotibus intrinatum est, refero. In Babyloniarum partibus, possessionem Apostolica Sedes habebat. unde tantum balsamo redditum per annos singulos capiebat. quod indeficienti fomine sufficeret lampadi, quæ videlicet ante altare Beati Apostolorum Principis rutilabat appensa. Quam possessionem, accepta pecunia, Papa distraxit, Canonemque aromatis, quem recipere solebat, amisit. Aliquanto post, cum idem Papa prædicto sacrosancto altari, quasi deuotus assisteret, & oraret, ecce quidam terribilis, & grandævus senex, in cuius etiam facie barbarisum videbatur, elato brachio, colaphum sibi vehementer inculsit, & ait: Tu extinguisti lucernam meam ante



ante me, & ego extinguiam lucernam tuam ante Deum; mox-  
que disparuit. Ille verò protinus corruit, & paulo post  
diem clausit extremum. ] En vitam, lucernam symbolo  
expressam.

*Tum quoad vitam supernaturalem.*

365. Multo luculentior est analogia lucernæ cum  
homine, quoad vitam supernaturalem: ita ut multo  
magis fas sit quoad hanc vitam, cum D. Augustino di-  
cere [ omnes homines lucerna. ] Attigit hoc obiter  
Faustus Rhegiensis lib. 1. de lib. arbitr. cap. 12. docens,  
mulierem Evangelicam quæ accēsa lucerna drachmam  
perquirat, imaginem fuisse hominis, qui rem salutis  
studiosè quærens [ ad gratiæ oleum, apponit studium  
suum, & cum Dei adiutorio iungit suam requirentis  
intentionem. ] Verum quia hic autor in gratiæ nego-  
tio lubricus est; & fortassis quia oleum, ellychnio iam  
præparato & disposito advenit, existimavit similiter,  
gratiam voluntati ex se dispositæ tribui, qui est semi-  
pelagianismus cuius hic autor invidia flagrat; propterea  
præstat eandem similitudinem petere ex Venantio  
Fortunato in expositione orationis Dominicæ, ad il-  
lam petitionem, *fiat voluntas tua*, ubi gravissimè ex  
Apostolo & B. Augustino aduersus semipelagianos  
disputans, iustum confert cum lucerna quæ aliunde  
succenditur. Ex quo colligit, hominem non habere per  
se, & ex se, ad supernaturale bonum voluntatem ali-  
quam, sed à Christo, velut lucernam illuminati oportere,  
hasque naturales tenebras suas, debere vnum-  
quemque agnoscere, ne per ventositatem suæ superbiæ  
extinguatur, & subducto splendore maneat in cecita-  
tis caligine, arrogans facultati suæ quod diuini & mun-  
neris. [ Quicquid promissit, (ait de Deo S. Augustinus  
in Psal. 109. *initio*) indigne promissit, ut non quasi ope-  
ribus merces promitteretur, sed gratia à nomine suo  
gratis daretur, quia & hoc ipsum, quod insit viuit, in  
quantum homo potest iuste viuere, non meriti huma-  
ni, sed beneficii est diuini: Nemo enim iuste viuit nisi  
iustificatus, id est, iustus effectus. Ab illo autem fit ho-  
mo iustus, qui nunquam potest esse iniustus. Sicut lu-  
cerna non à se ipsa accenditur, ita nec anima humana  
sibi præstat lucem, sed clamat ad Deum. *Tu illuminabis  
lucernam meam Domine.* ]

Verum S. Ambrosius serm. 14. in Psal. 118. ad v. 1  
aliunde insuper petit, cur lucernæ dicantur iusti. Sic  
enim scribit. [ Conscientia tua lucens benè in hoc cor-  
pore, lucernæ lux est, ipsa est oculus tuus. Si purus ocu-  
lus tuus, si conscientia tua munda sit, munda est caro tua.  
Si autem in te est tenebrosa conscientia tua, etiam corpus  
tuum conscientia tuæ nocte tenebrosus erit. Lucerna  
ergo & nos sumus, toto operi corpore, vix aliquid  
exiguam habentes unde lucere possimus. Denique &  
Ioannes lucerna erat, sicut dixit Dominus de eo; *Ille  
erat lucerna ardens & illuminans*. Bona lucerna, quæ lu-  
men accipiebat à Christo, ut lucere posset in hoc secu-  
lo, Merito ardens, merito illuminans, qui erat nuntius  
Christi, illuminans prædicatione fidei pectora singulo-  
rum. Sed & istis lucernis dedit ut lux mundi essent, di-  
cens ad Apostolos, *vos estis lux mundi.* ]

Præter iustos, quod D. Ambrosius lucernæ specie  
exhibuit, Rupertus obiter lib. de voluntate Dei c. 22.  
& Secundinus Manichæus Epistola ad S. Augustinum,  
præfixa libro contra ipsum Secundinum *ferè initio*, pla-  
neque luculenter S. Paulinus epistola apud Augusti-  
num, 31. ipsum Augustinum tanquam lucernam his  
verbis exhibet. [ O lucerna digne supra candelabrum  
Ecclesiæ posita, quæ latè Catholicis vrbibus de septi-  
formi Lycho passum oleo lacticiæ lumen effundens,  
densas licet hæreticorum caligines discutis, & lucem  
veritatis, à confusione tenebrarum splendore clarifici  
sermonis enubilas. ] Describens S. Honorati perigrina-  
tionem Hilarius Arelatensis in Panegyri. Lampadem

eum nominat sic Deum alloquens ob eius translatio-  
nem. [ & quanta Domine dispensatio procuratoris  
tuæ, qui lampades tuas fidei igne fulgentes, non loco  
fixas stare pateris, sed præfers eas illuminationi duc-  
torum locorum, inspirans migrandi voluntatem, & fu-  
gendi gloriam. ]

S. Basilii lib. de Spiritu sancto cap. 29. Gregorium  
Neocæsariensem, ait velut insignem magnamque lu-  
cernam in Dei Ecclesia resplendisse B. Paulum S. E-  
phrem in testamento *sub finem*, clarissimam & iucun-  
dissimam Ecclesiæ lucernam appellat S. Athanasium  
hoc elogio exornat Naz. orat. 23. [ Sanctissimus orbis  
oculus an lucerna? ut cum Zachar. 4. dicitur, *super la-  
pidem unum septem oculi sunt*, id est lucernæ septem quia  
olim, ut nunc etiam alicubi, lucernæ forma, oculum  
resecabat; & sacerdotum Antistes, sublimis vox, fidei  
columna, secunda Christi lucerna, & præcursor. ] De  
Simeone Stylita collato cum lucerna super candelabrum  
posita, & instar Solis fulgente, omnesque gentes  
ex orbe vniuerso ad eum concurrentes illuminante,  
scitè Theodoretus sect. 26. Reliq. hist. *sub finem*, Ba-  
pistam, ipse Christus specie lucernæ exhibuit, quod ita  
vulgatum est, ut autor homiliæ de Natiuit. Baptizæ,  
intextæ homilijs additis S. Chrysostomi in Lucam, re-  
stetur ea ex causa, ipsum diem natiuitatis Ioannis Ba-  
pistæ, dictum esse *lampada*. S. Germanus oratione de  
Natiuit. Deiparæ, sic eam compellat. [ Lucerna septu-  
pla, & toties ardens donorum septem candelabrum,  
septem furoris refulgens Spiritus sancti; lucerna in-  
extinguibilis luminis omnia collustrantis, quam mysti-  
cè alit vnctionis oleum. ] Alij plerique sancti, lucernæ  
audierunt, non inter homines modò, sed etiam inter  
Angelos. Nam Pantaleum Diacono. orat. de SS. lumini-  
bus, vocat SS. Michaellem & Gabrielem [ duas paris  
momenti, & maximas vnitinæ Deitatis lucernas. ]

*Concluditur prior ratio, denominandi Christum,  
Lucernam.*

366. Hæc cum ita sint, concludere omnino licet cum  
sancto Ambrosio serm. illo 14. in Psal. 118. sicut ius-  
ti lucernæ dicuntur, ita & Christum, merito no-  
minari lucernam posse, & tanquam iustorum prin-  
cipem, habere cum lucerna proportionem. Nam  
& homo fuit, atque adeo lampas, & adoperus corpo-  
re vix ex aliquo exiguo lucebat: & prout natura hu-  
mana prædictus, aliunde habuit ut arderet, & illumi-  
naretur; (tamen non aliunde, attento diuino sup-  
posito, quod huic composito erat intrinsecum.) Hæc  
quippe de causa S. August. serm. 23. in Psal. 118. ad il-  
lud, *lucerna pedibus meis verbum tuum*, Apostolos ait di-  
ctos esse lucernas Matth. 5. [ Ut scirent se tanquam lu-  
cernas de illo lumine, quod inmutabiliter lucet, ac-  
censas. Nulla quippe creatura, quamvis rationalis &  
intellectualis, ex se ipsa illuminatur, sed participatione  
sempiternæ veritatis accenditur: etiam si aliquando  
dies vocatur, non dies Dominus, sed quem fecit Do-  
minus. Et ideo adhuc subdidit, *Accedite ad eum, & illu-  
minamini*. Propter quam participationem, in quantum  
homo est ipse mediator, lucerna in Apocalypsi nuncu-  
patur. ] Nimirum ubi de templo Dei dicitur, & lucerna  
eius, est agnus.

Facit ad hoc negotium, quod Reuchlinus, aliique  
nonnulli Rabbinæ & Hebraizantes Scriptores, dum  
saceritimum Iesu nomen ex tetragrammato nomine de-  
rivare laborant, aiunt nomen *Iehosua* supra nomen  
quadraliterum *Iehona*, addere v quam vocant litteram  
clementiæ, aiuntque significare humanitatem, quia ha-  
bet formam lampadis: quod aiunt fuisse aptissimum  
symbolum muneris quo fungitur inter nos Christus  
Deus homo. Nolo pro hac nominis Iesu notatione  
contendere. Nam inter Christianos Doctores Hebrai-  
cæ linguæ peritissimos, non admodum recepta est ea  
nominis



nominis Iesu derivatio à nomine Iehoua. Et esse nomen Iesu tetragrammaton, non pentagrammaton Iansenius cap. 7. concord. constanter tradit; Veraque notio vocabuli Iesu, ea est quam prodidit Angelus ducta à facie, non tam medendo collata, ut fert vox Græca, non tam medendo præfita. Videbis Severium in hunc quàm redimendo præfita. Videbis Severium in hunc quàm redimendo præfita. Videbis Severium in hunc quàm redimendo præfita.

Posterioris rationis, ad lucernæ denominationem Christo tribuendam expressio prima.

367. Specialis verò ratio denominandi Christum lucernam, quam ex compositione & structura eius percipiam, dupliciter exponi potest. Nimirum in primis cum Antiocho Episcopo Prolemaidis, loco quem ex eius quadam homilia descripsit Gelasius lib. de duobus naturis, his verbis. [Lucernam intelligo, ex Maria hominem; lucernam quia assumptus ex terra, & ex merito lato factus est: lucernam, hominem ignem habentem, Deum. Quando considerans Deum in homine, & vides hunc quidem de terra, hanc verò de cælis; quando vides hunc equidem ex Maria, hunc autem ex patre, & utraque in se inseparabiliter copulata, illud intellige, quod Deus noster ignis consumens est.] Ex lucernæ cymbium, & quidem hætile; (cuiusmodi olim in crebro visu, corpori siue humanitati collatum, ob dissolubilitatem. Quo etiam respexit Apostolus, cum thesaurum nostrum haberi dixit in vasis fictilibus. Subscripsit Guericus Abbas serm. 2. de Epiphania dixit. [Intendite luminem æternum quod se vestris aspectibus temperavit. ut qui lucem inhabitat inaccessibilem, infirmis quoque & lippentibus oculis, posset accendi. Adverte lumen in lucernæ testa, solem in nube, Deum in homine; in luteo vasculo carnis nostræ, splendorem gloriæ candoremque lucis æternæ. Latet quidem maiestas in humanitate, virtus in humilitate; sed signa virtutum erumpentia, unde hæc prodeant non sunt ambigere. [Perpulchre item, si sensum non potius spectes, de Christo id valere, monstravit Petrus Benedictus carn. de Euchar. c. 9. verbis illis.

Possibile est illis qui novit cuncta creare,

Ex alio rursus aliquid quiddam renouare.

Mille lucum figulus, cum vult, & quomodo torreat,

Qui noua vasa creans, ea cambit, & apertius ornare.

Pare opus domino, cui præminet illa potestas

Vitæ parare quæ quæ vult dissolvere, testas.

Filius ergo Dei, virtusque patris manifesta,

Ad nos descendit, quem rexit carnea testa,

Atamen hæc testa, crucis in clibano bene colla,

Arte fuit signi de morte resurgere docta,

Sed sane colla, quam non aqua noxia molliit,

Quæ mundi maculas, & nostra supersua tollit.

Dura nimis testa, quæ Tarsara fortia fregit,

Et redimet hominem cruce, morte morte subegit.

Manat ab hac testa summa bonitatis olinum,

Quod fuit in lauro baptismati, omne nocivum,

Testa quidem scilicet, quæ vix fonte repleta,

Corpora nostra fouet, animas quoque pace quæta,

Hæc simili testa diuina lucernæ resplendet,

Inde sacra mensa dapibus, benedictio pendet.]

Est ergo in Christo, corpus siue humanitas, testacea lucerna, ut ferebat comparatio ab Antiocho adhibita: quam item superius ex D. Augustino & Theophylacto retulit, nec obscure insinuata est ab antiquis Christianis, quos lucernas habuisse fictiles, quæ Christi nomen compendio expressum in parte antica præferrent, obtestatur Paulus Petavius l. de antiquaria suppellectile,

Theoph. Rayn. Christum.

& Licetus l. 3. de lucernis. Lumen verò seu flammam lucernæ, quod est in lucerna præcipuum, & unde eius denominatio petitur tanquam à principatione, confert Antiochus cum diuino Verbo, quod erat in Christi structura longè principatissimum Lucernam suo lumine splendentem, cum Christi humanitate à superueniente sole multo vberius collustrata, componere maluit S. Athanasius dialog. 5. de Trinit. num. 27. Præmiserat, cogitatione pingendum esse solem, emittentem suam lucem per lucernam, & in lucerna. Tum subdit, esse similiter in Christo è duabus naturis vnâ personam. [Nec enim lucerna ut altera lux soli opposita splendet, sed splendet sole in ipsa & per ipsam splendente, & ipsi lucernas dominante, eamque ut sibi propriam vindicant, adeo ut sol etiam accipiat ipsius lucernæ nomen; ita Deus sermo, vim suam in eo quod est rationis particeps, & per animal ratione prædicum exerens, facit pro sua bona voluntate, animal supra quàm ferat propria animalium natura perfectum, neque tamen prohibet quo minus sit animal ratione prædicum. Idemque adeo non designatus est homo vocari, neque dum ederet prodigia, scintilla fuit ab eo quo cum est vnitus, siue quem assumpsit.]

Expressio altera, eiusdem posterioris rationis.

368. Potest deinde analogia structuræ Christi cum lucerna, ex eo peti, quod ut acutè attingit S. Bernardus serm. 1. de diuersis, lucerna, nomen est luminis non puri, sed admixti materię ardenti, & lucem cum flamma fouenti. Quod est egregium diuinitatis humanitati ac personarum nostrarum confertur symbolum, ut intelligere licet ex eo quod ut est apud authorem Theologie Aegyptiorum lib. 1. cap. 4. cogimur diuinitatem lucis imagine describere, quod nihil habeamus illustrius ac purius. Videbis quæ in eam rem profero in Natur. Theol. dist. 7. quæst. 3. art. 3. & quicquid diuinitatis particeps est, (cuiusmodi præterim sunt intellectus & rationalia quæque,) eo ipso lucis censetur particeps, & lumen denominatur, ut Gregorius Nazianz. orat. de baptismo & Cæsarius dialog. 1. prosequuntur. Ceterum Deus, lux pura est, & nullatenus infusata, omnique concretionem planè libera. In ceteris luminibus, pro maiore vel minore ad Deum vicinia, maior minorne est admixtio cum tenebris, & opacitate potentialitatis. Quæ ergo ex parte Christus ut Deus consideratur, ipse est lux vera: ita ut Ioannes quantumvis nitens, & lucerna ardens ac lucens parata ei à Domino, tamen non esset ipse lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine; atque adeo non lux, sed lucerna, ait Rupertus l. 3. de process. Spiritus Sancti c. 7. At quæ ex parte consideratur Christus composuit ex persona Verbi & humanitate, eamque hæc lux desijte esse lux planè puta, & transit in statum luminis lucernæ, quod non est lucis puræ, sed corporatum & materię adiunctum, ut aiebam cum S. Bernardo. Agnoscei verò insuper ex hoc exemplo vult Nyssenius in orat. Catech. cap. 10. superflitem in Christo Verbi Dei incircumscriptionem, non obstante vnione ad humanitatem. [Quomodo enim ignis videtur in lucernam subiectam apprehendente materiam; & ratio quidem discernit ignem qui est in materia, & materiam quæ accendit ignem; re ipsa autem non potest, ijs à se innicem diffectis ipsa per se ostendi flamma, diffuncta à materia, sed ambo simul vnum fianc ita etiam (nemo autem in igne simul sumat ad exemplum, id in quod cadit interitus, sed eo tantum quod decet sumpto, ad similitudinem, id quod non est proprium & conueniens reijciat.) Ita ergo ut vidimus, flammam quæ subiectum attingit & apprehendit, & in materia non includitur: quid verat, quo minus diuinæ naturæ, cogitata quadam vnione & appropinquatione ad hominem, conseruetur, quæ Deum decet cogitatio

li 2 etiam



etiam in appropinquatione, credendo Deum esse remotum ab omni circumscriptioe, etiam si sit in homine?]

*Lucerna, quae Christus est, forma, myxus, oleum.*

369. Restat ad plenam lucernae nostrae cognitionem, ut pauca addamus de eius forma, ac ellychnio, & oleo. Forma est planè singularis. Quod enim Hesy-chius hom. 2. de Deip. refert antiquiores nominasse Deiparam, *lucernā oris expertem, quae à seipsa ingiter ardeat*, quemcumque tandem sensum habeat, multo sublimius atque illustrius in Christum cadit, quam Deiparam. Videtur autem sensus eorum qui ea appellatione insigniunt Deiparam, is fuisse, quod non esset opus Deiparae oleum ingiter sufficere, ne deficeret uti nobis visum est, in quibus nisi perpetuò oleum affunderetur, deficiamus. Et constat quidem egisse Deiparam iugi diuinorum auxiliorum subministratioe: sed quod spectata maternitatis praerogatiua, diuinæ illae suppliciae aliquatenus debita videri possent; tanta autem esset earum vbertas, ut nihil opus esset extrinseco afflatu, adhortationum flammam vegetantium, & fulgines adnascentes dispellentium, id quod in omnibus iustis est necessarium, nihil item ei ab eruditione, per Apostolos aut quoscumque purè creatos Magistros posset obtingere, propterea Deipara, lucerna à seipsa ingiter ardens, dicta est, & ore ad oleum extrinsecus excipiendam destituta. Hac quanto potius iure de Christo dici possint ac debeant, fastidio monere, cum sit euidentissimum, fontem gratiae nihil affluisse ex rivulis, quorum vniuersi latites à fonte scaturiant necesse est. Nec quod Angelus in hortu Christum solari & firmare in bono visus est, quicquam huic negotio incommodat. Ut enim inferius suo loco manifestum erit, nihil Angelus Christo insinauit quod eum lateret, nulla ex parte nutantem firmavit, aut labentem suffulit. Sed ut veritas susceptae nostrae causa paupertatis proderetur, statuereturque nobis in ærumnis exemplar non respuendi amicorum pia monita, & leuimenta malorum, admisit Christus externam qua non egebat sancti Angeli suggestionem; & sacris literis consignari voluit, apparuisse ei in extremo illo agone, confortantis pio officio fungentem Angelum. Fuit igitur Christus vndeunque lucerna oris expertis, multo magis quam Deipara. Ingiter enim ex se arsit, nec villo extrinsecus suppeditato doctrinae aut incitamenti ad virtutem fomento indiguit, cui omnis plenitudo à proprio supposito affluebat.

370. Quid si verò ille oris in lucerna defectus, id est exclusio necessitatis affundendi subinde olei, pertinet ad ellychnium asbestinum, eoque facta est allusio ab ijs qui eo nomine donarunt Deiparam, quo nos multo magis donandum Christum contendimus? Sane Celsus dialog. 1. *ferè initio*, describens sanctos Patres specie lucernarum, splendore suo cœli luminaria vincuntium, sic habet [qui & splendore suo, firmamenti luminaria vincunt, & vitæ sermonem continent: quorum ellychnium nunquam decidit & lucerna non comminuitur, & oleum non absumitur, & lampas non quassatur, & flamma non exstinguitur.] Omnino Sanctos Patres specie lucernarum exhibet, quibus ellychnium erat, non ex Salamandra pennis aut Tanugine, ut aliqui censuerunt reiecti à Langio l. 1. Epistola 66. sed ex Amianto vel ex Asbesto, siue lino viuo. Sic dictum linum, autore Plinio lib. 19. cap. 1. ex quo contexta mantilia, quibus luculentus ignis erat pro lixiuo, & aquis ac singematibus quibuslibet. In enim enim consuebantur, cum expurganda erant: persistabant verò inter flammam innoxia, deteritis tantum sordibus. Tacit quoque autoritate ex Apollonij opere de mirab. Historiam confirmat Mercur. l. 2. var. cap. 27. Nupero experimento idem confirmat Vines 2. 1. Ciuit. cap. 6. m.

nostra ætate in Cypro Insula venam copiosam huiusce amiantis repertam, scribit Rufellius mox allegandus, ex quo refellas Pancirolum l. de veteribus deper diuis sub initium, ubi hoc lini genus planè defecuisse existimauit. Fuit tamen, & est nunc quoque, rarum & infrequens, nec nisi in vltis locupletiorum. Inde Regibus sepulchrales olim tunicae, ut cinctes cadaueris reliquis cineribus impermissæ, è toga efferti possent. Inde ellychnia in quibus ignis oleo nouo non affuso, persistabat diutissime ut Tacus ille ab Apollonio adductus, dixerit ait. lucernam auream Athenis à Callimacho consecratam ex huiusmodi myxo, per annum continenter arsisse, annotat Scholiastes ad prædictum locum Plinij. Multo autem illustrius est, quod Vines ad cap. 6. citatum scribit, de cruta patrum suorum memoria è sepulchro lucerna, quæ vt ex Epigraphæ adiuncta constabat, iam supra millesimum & quingentesimum annum ardebat: & vt primum coniectata est, inter admotas manus fricta, abijt in tenuissimum puluerem. Suspicaturque S. Augustinus, (quamquam aliter præterea eum nodum expedit,) lucernam fani Venetis, quæ dicta est inextinguibilis, & tanquam miraculum ab Ethnicis iactabatur, ex huiusmodi lino fuisse coniunctam. Anastasius in Syuestro inter cætera Constantinianæ munificentiae erga Lateranensem Ecclesiam argumenta, profert columnam porphyreicam Constantinianam in medio fontis locatam, cui superposita aurea lucerna pondere librarum quinquaginta, vbi myxus amianthinus arderet balsamo. Idem de agno aureo in lucernæ speciem, insula eiusdem Imperatoris constructo, pondere librarum duodecim, prodit Damascus. In sepulchro Gigantis Pallantis à Turno occisi, inuentam suo tempore lucernam, quæ nec flatu nec liquore extingui poterit, sed facta subitus flammam foramine, adhibito stylo, scribit Ptolemæus Lucensis in annalibus anno 1077. pag. 19. complures huiusmodi lucernas, Patrum memoria in sepulchris relictas, adducit Rufellius ad symbolum Alphonfi Auali, nominatim verò Alexandro VI. Pontifice, Ferentinæ, quod est diuitum Hetruriae Oppidum; rusticusque Ecclesiam regente Paulo III. Bononiæ, inuentum huiusmodi lucernam, plerique tradiderunt. Cæsaribus ergo, lucernas Sanctorum ex huiusmodi ellychnio concinnat, indeque indeficientia & inextinguibilis à qua eas commendat.

Nihil hæc ellychnij Sanctorum indeficientia, ad Christi ellychnium, quod verè non modò nunquam defecit, & nunquam extinctum est, sed neque defecare vel extingui potuit. Sit sanè Sancti laus sua, quod præueniente ac inuante gratia non defecerint: ac defecere tamen potuerunt. Et quamvis eorum de vnoquoque, dictum verè sit quoad extremam saltem, vitæ clausulam, quod de forti muliere in typum fidelis animæ dictum est à Sapiente, non exstingatur in nocte lucerna eius; tamen non extingui, & extingui non potuisse, quam longissimè distant. Christi ergo ellychnium nunquam defecit, quod commune aliqua tandem ratione habuit cum ellychnio Sanctorum ceterorum, saltem in extremo vitæ articulo spectatorum. Insuper verò quod fuit ei planè singulare, defecere nulla ratione potuit. Ita vt quemadmodum singularissima fuit humanitatis Christi per Verbum susceptio, sic quod D. Augustinus habet conc. 23. in Psalm. 18. planè singulari modo Christus lucerna fuerit: quippe qui lucerna esse, definire nequiverit. Et sanè fuisse solum à Deipara suppeditatum ad formationem sanctissimæ eius humanitatis, amianthinum, dixit venustissime S. Athanasius apud Leonem Cassium in cap. 43. Itaque v. 2. ad illud si transferis per ignem, flamma non nocet tibi.

371. Iam oleum lucernarum cæterarum mysticarum, longè despectius esse eo oleo quod est lucernæ Christi affusum, inde liquet, quod vt ex S. Augustino tract. 23. in Ioan. referte iam supra memini, [gratia Dei



tibus, illa oleum lucernarum est. ] Christi lucernæ, ip-  
 sam diuinitatis oleum est assumptum, quo nullæ inquam  
 alie lucerne flunt imbatur. Hoc est oleum lætitiæ præ-  
 paratum pro Christo concessum : vt videri fauè debeat,  
 tantum(mo infinitis partibus vsu) præstare cæteris iustis  
 Christi Dominus, quando pretiosâ quadam lucernæ,  
 quædamque, ad plebeum vsu adhibitis antecellit.  
 Balsami libras duascentas, infusuras in vsu lucernæ  
 Lætarencis, ex censu per Constantinum magnum cõ-  
 stitutum, prodit laudatus ante Anastasium. Ante aram  
 principis Apostolorum, fulsisse Romæ lucernam, cui  
 tunc pro oleo esse balsamum, ad iugem Babylonicum  
 propinquum pendì consueuisset, donec à quodam Pon-  
 tificis qui id inultum non tulit, distraheretur ait se  
 ad antiquioris accepsisse Petrus Damiani lib. 1. epist. 20.  
 Nimbis etiam Nicomitaris lucernam, canic Hispa-  
 niæ Poeta lib. 10. num. 38. Sydonius lib. 9. epist. 13. iu  
 tempore idem seruatum, his docet versibus,

Numerosum erigatur  
 Laquearibus coruscis  
 Camera in superna lychnus.  
 Oleumque nescientes,  
 Adipescque glutinosos  
 Vero tument fundant  
 Opobalsamum lucerna.

Plac pro simplici oleo, vel præ lactis adipe, siue butyro, quo vixis plebique ad lucernas reflatat. Clem. i. Pæ-  
g. cap. 6. *ad finem*, videri possint pretiosissimas ob-  
rationem quæ fragrantiam. Præ vnguento autem quo  
ad lucernas Sanctorum, hoc est præ oleo divinæ gra-  
tiæ, immutata sunt, ne in contentiorem quidem ad-  
ducenda. Ad c. gleum lætitiæ quo arte Christi lueri-  
tiam, cum oleo quoque prædicto composas, non  
vixit crimine ea comparatio. Tanta est enim extre-  
mitas disproprio, ut vel nefas sit ea committere  
religiosæ.

*Ipsa doctrina de Christo lucerna i. sequendum  
eius ductum.*

37. Tantum de lucerna quæ Christus est, Fructum  
hujus doctrine, capiemus veritatem, si eius ductum  
sequamur, & ad eam prævalentem signemus vestigia,  
illius lætari qui ductum sibi Christi proposuit, interpe-  
retur S. Ambrosio ferm. 24. in Pal. 1. 8. v. 1. cum dixit  
lucerna pasci meum verbum tuum. in qua verba, si præ-  
ter cætera suavissimus Pater. [Fortaisæ quasi bonus  
agilem mihi præire cupiebat, ut lumen sequi dicerem,  
& illius pedibus ambularem. Offendit ergo mihi  
lucernam. Hanc sequar in istius Ignorantæ & operi-  
mento, in istius corporis tenebris constitutus, ut Chri-  
stianum loquens, nullum lapidem offensionis incurram.  
Exarbit Petrus in tenebris ignorantia, negabat Chri-  
stum esse mortuum, quia ad hoc non videbat mori-  
tuum & resurrexurum esse pro nobis. Conversus ad  
eam Dominus ait, *Vade retro post me.* Offendit ei lucer-  
nam quæ deberet sequi, post se, dicens: secutus ver-  
bum Dei, confirmatus est. Postea cepit in hæretico Chri-  
stiano, timens ne iterum aliquo laberetur errore. Nonne  
et ipse qui dicebat, *lucerna pedibus meum verbum tuum:* ad  
hanc lucernam festinavit, cum diceret in mari, *Domi-  
ne mihi ne venire ad te super aquam?* Sed quia non se-  
quebatur lucernam motus est atque titubavit, naturæ  
vehementioris mole turbatus. Sequamur ergo lucer-  
nam hanc sicut lucernam, & sicut in nocte ambule-  
mos ad lumen. Multæ fœneæ, multi scopuli in istius  
seculi caligine non videntur. Præfert tibi lucernam  
quam Propheta monstravit, vide quæ debeas transfe-  
re vestigia, contere vbi pedem ponere mentis  
interne, per singulos cura sit gressus, nulli credas tuum,  
nisi præuente lucernæ istius luce, processum: & vbi pu-  
tas quod lateat, ibi gresses est. Videtur lucere, sed pol-  
luitur: & vbi putas solidi esse vel siccum, ibi lubricum est.]

Thomp. Raynaldi Christus.

*Theoph. Raynandi Christus.*

Hinc exemplo Davidis omnis fiducia nostra, si modo Ægyptum abijcere, & in promissam terram progre-  
di, consilium ineamus. Egregia est eiusdem S. Am-  
brofij consideratio, ad illa Davidis verba, *propterea me-  
mor ero tui, de terra Iordanis & Hermonym*. Sic enim ha-  
bet l. de interpellatione David. [Memor est de terra  
Iordanis, in quo gratia memoriam deuotionis accu-  
mulat. In Iordanem Naaman Syrus ille descendit, &  
mundus à lepra factus est. In Iordane baptizatus est  
Christus, quando formam luacri salutaris infigitur.  
Iordanis nomen, defensionem significat, quia descen-  
dit Dominus Iesus, quia contagio delictorum vicinos  
Iordanis fluminis emundauit. Hic fluxus exit de Æ-  
gypto, & diuidit terram repositissimus. Ergo qui tur-  
batur, si boni consulet, ex Ægypto exit, & sequitur viam  
lucis. Hermonym etiam, viam lucernæ interpretati  
sunt. Exit ergo prius ex Ægypto, si vis lumen Christi  
videre. Exiit Chanaanæ à sinibus gentium, & Chris-  
ti inuenit, cui dicebat, *Miserere mei fili David*. Exiit  
ergo Moyses ex Ægypto, & Propheta factus est, & re-  
misit ad populum, vt de terra afflictionis populum  
liberaret. Lucerna autem in Christi corpore. Hæc tibi  
lucerna, viam monstrat. Vnde & sanctus ait, *Lucerna  
pedibus meis verbum tuum*. Lucerna quod illuminauerit  
animas vnuerforum, & in tenebris viam monstra-  
uit. Euangelium, via lucernæ est. In vmbra lucet, id  
est in seculo. Vnde & alibi habes. *Nunc debemus in  
Selson*, id est in vmbatione.] Hæc qui seruare contem-  
pleris, pro lucerna prælucente, fortietur cibarium. Id-  
circo enim vtrumque simul esse Abrahamo exhibi-  
tum S. Cyrillus l. 1. Glaphyr. in Pentateg. egregie notauit.

2. Curandum ut nos quoque alijs lucerna simus.

373; Non videtur satis S. Ambrosio, si lucernæ di-  
nitus præfinita ductum sequamur. Vult itaque nos,  
Christi incarnatione, lucernas effici. Itaque subditi loco  
allegato ex Psal. 118. [Ex hac lucerna, (verbo inquam  
Dei corporato, siue Christo, quem statuit Deus lucerna  
nram pedibus nostris,) Accende & tu lucernam, vt lu-  
ceat interior oculus tuus, qui lucerna est tui corporis.  
Multas habes lucernas, accende omnes, quia dictum  
est tibi: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes.*  
Quia multe sunt tenebræ, multe sunt lucernæ necessa-  
riæ, vt meritorum nostrorum in tantis tenebris lumē elu-  
ceat. Istas lucernas, lex significavit semper lucere debere,  
in tabernaculo testimonij, nō illas quas Iudæi accendūt  
quotidie. Illæ sub ymbra lucent, & extinguuntur quo-  
tidie: quia quod faciunt non vident: quod legunt, nesci-  
unt, accipiunt & secundum litteram, quod præcipitur  
secundum Spiritum. Tabernaculum enim testimonij  
corpus hoc nostrum est, in quo Christus aduenit, per-  
amplius & perfectius tabernaculum, sicut scriptum est,  
vt per sanguinem suum intraret in Sancta, & conscien-  
tiam nostram ab omni opere mortuorum & labe munda-  
ret, quo in corporibus nostris quæ suorum testimo-  
nio & qualitate factorum, cogitationum nostrarum  
abscondita & occulta testantur, lucernarum modo lu-  
ceat nostrarum lux clara virtutum. Istæ sunt lucernæ  
ardentes, quæ die ac nocte in templo Dei lucent. Si  
templum Dei in corpore tuo seruas, si membra tua  
membra sunt Christi, lucent virtutes tuæ, quas nullus  
extinguit, nisi eas tuum crimen extinxerit. Hoc lumine  
caste mentes, & pie denotionis solemnitatis nostræ  
fides, replenderent. *Lucent ergo semper lucerna tua.*  
[Addit pulchra in eam sententiam; scitu & lectu,  
multoque magis seruatu dignissima. Et bene quoque  
in eam rem Guericus serm. 1. de purific. adhortans vt  
non tam Lucernas feramus, quam ipsi Lucernæ si-  
mus, lucentes intus & foris, nobis & proximis; Lu-  
cernæ inquam, corde, manu, ore, quæ distinctius expli-  
cat sigillatim.

mus I.  
Christo  
nus II.  
Attributis  
risti  
VII



Simus lucernæ præpotentes, non cuiusque vento cessant. Ita scit S. Maximus centur. 4. ex varijs c. 8. verbis illis. [ Qui violentarum tentationum incurfiones, more beati Job strenuorumque Martyrum inconcussio perfert animo, est lucerna præpotens: qui in extinguitum etiam feruat lumen salutis, (quod aliqui in modo potentia, quæ pollet fortitudine, conseruat) habens inter præcipua robur & laudum decantationem. Qui verò machinas illius maligni perspicit & inuolutiones bellorum inuisibilium non ignorat, hic quoque splendens luce cognitionis, commodè visus est summo Apostolo dici, alia lucerna: *Non enim ignoramus cogitationes eius.* ] Hoc ut assequamur, oleum nobis ac mixtus queis flamma Spiritus sancti excipiat & foueatur, studiosè curanda sunt, quod præciare admonet S. Ephrem t. 1. lib. decem capitum de virtute cap. 10. Monet quippe eliminandam à nobis esse terrestrem omnem feculentiam & humiditatem, ac vili-ginem carnis. [ Tunc enim Spiritus sancti gratia requiem in nobis inueniens, intelligendique viam præbens, illuminabit corda nostra. Sicut Lychnium instructum, oleo & stupa implent. In quo quidem, ignis, subiectam materiam apprehendens, lampadem accendit abundè exhilarantem, eosque qui adstunt, illuminantem. Si verò passionibus adhuc agimur, in ipsique nos volucantes, dignitates petimus, non vulgariter periclitamur. Lychnio assimilati, oleo & combustibili materia destituti, qui ne ad breue quidem tempus, ignis calorem ferre poterit & efficacitatem. ] Hoc sane non est esse lucernam præpotentem, quæ etiam flabit incurfantibus possit obfistere. Itaque pergit S. Ephrem vigere, ut aptè ad fouendum cælestem ignem mixtum & oleum cutemus; sic denique futuri iuante Deo, potentes lucernæ. Concinnè in eandem sententiam S. Chrysostomus hom. 1. in 1. ad Thimotheum.

374. Simus lucerna candelabra, sed (quod acutè notauit in verbis Sapientis inde Sanctos celebrantis Petrus Damiani serm. de SS. Petro & Paulo, ) lucerna ante Dominum. Non sicut hypocritæ, qui sunt lucernæ lucentes ante mundum, vel in oculis suis, nec seruant prudentiam Virginum in parabola laudatarum, quæ acceperunt oleum in vasis suis eum lampadibus. [Vide prudentiam, (inquit auctor sermonis in eam parabolam apud Bernardum.) Vide prudentiam Virginum istarum, sciebant noctem fore productam, & nescientes qua hora noctis sponfus veniret, non contentæ oleo lampadum, etiam in vasis oleum sumunt: ut si fortè illud quod erat in lampadibus, adnihilaretur & deficeret, de eo quod in vasis reposuerant, ad custodiam luminis lampades impleant. Oleum in lampade, est opus bonum in manifestatione: sed dum videtur à proximis claritas operis; dum mirantur & laudant; extollitur, plerumque & adsurgit elatus animus operantis: & dum in se non in Domino gloriatur, lumen lampadis adnullatur & carens fomento congruo lampas, quæ coram hominibus clare lucet, coram Domino tenebratur. Prudentes verò Virgines, præter oleum quod in Lampadibus habent, oleum aliud in vasis reponunt: quia nimirum sanctæ animæ, dum sponsi sui præstolantur aduentum; dum toto desiderio ei clamant quotidie, adueniat regnum tuum, præter illa opera quæ proximis lucent ad Dei gloriam & videntur; aliqua in occulto, ubi solus pater videt, opera faciunt, ut si fortè illa quæ conspicua & clara sunt, flatus laudis humana extinxerit, oleum occultæ conscientia suffragetur. Hæc est gloria filia regis abintus, dum plus de oleo quod in vasis conscientia diluiscit, quam de eo quod lucet deforis gloriatur; per ipsæ æstimat omne quod cernitur, id indignum indicat remuneratione quod fauores hominum prosequuntur. Latenter igitur quæ præalet operatur, petit secretum, orationibus pulsat cælum, fundit Lachrymas testes amoris, & cum

dilecto illo suo, suspirio gemituque fabulatur. Hæc est gloria, sed ab intus, sed inuisa, filia regis & amica. Hoc oleum fatua Virgines non habent, quia nisi adnitentem vanæ gloriæ, & fauorem hominum, bona non operantur. Hoc oleum in quo prudentes confidunt, in abditis conscientiarum vasisculis reponunt.]

Præluamus alijs per sancta opera nec segnitè aut remissè, sed ita ut audere lucernas nostras, probeamus. [Ipsa opera nostra, (ait S. Bernardus serm. 2. de purific.) in seruire agenda sunt, & in desiderio cordis: ut sint lucernæ ardentes in manibus nostris. Alioquin timendum est, ne fortè tepidos nos euomete incipiat, qui in Evangelio loquitur dicens: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Hic planè facit & benedictus est ignis, quem Pater sanctificauit & misit in mundum, & cui benedictur in Ecclesijs, sicut scriptum est: *Ecclesijs benedicite Deo Domino.* Habet enim etiam aduersarius noster, ut pote peruersus diuinorum operum emulatur, habet, inquam ignem suum & ipse, ignem concupiscentia carnalis, ignem inuidia & ambitionis, quem Saluator in nobis non accendere sed extinguere venit.]

Quamuis autem omnium sit Christianorum, esse Christi imitatione lucernas, ad modum prædictum; tamen specialiter esse id munus Doctorum, iam supra attingimus, & nemo ibi inficias. Vnde scitè Origenes hom. 17. in Iosue in fine, inserti in hunc modum. [Lex Dei, Sacerdotibus commissa est & Levitis, ut hinc soli operam tribuant, & verbo Dei absque vlla sollicitudine vacent. Sed interim si laici, quæ necessaria sunt non præbuerint sacerdotibus & Levitis, occupati illi in talibus, id est corporalibus curis, minus legi Dei vacabunt. Illis autem non vacantibus, neque operam dantibus legi Dei, tu periclitaris. Obsecrabitur enim lux scientia, quæ in illis est, te non subministrante oleum lucernæ; & culpa tua illud eueniet, quod dixit Dominus, quia si cæcus cæco ducatur præbeat, ambo in fossam cadent. Sed & illud in te complebitur quod Dominus dixit: *Si enim lux quæ in te est, tenebra sunt, ipse tenebra quæta sunt.* Ut ergo lux scientia in sacerdotibus fulgeat, & lucerna eorum sit semper accensa, tu imple officium tuum, comple mandatum Dei erga obsequia sacerdotum. Optimè id quidem inserti Origenes. Nos tamen præsertim hic attendimus, munus quod Doctoribus tribuit. Sed & Isidorus Pelus. pulch. 2. lib. 1. epistola 3. [Deus lucernam, hoc est, sacerdotem, accendit, atque candelabro inquit, hoc est, suæ lucem ferenti cathedra: ut & dogmatum, & actionum ab omni caligine liberatum, splendorem Ecclesiæ, fulgetur instat, alterat: quo nimirum plebs viuifici fulgoris radios spectans, ad eos sese dirigat, patrique luminum gloriam prædicet.] *Sunt igitur Doctores Catholici speciales tui, iacerna.* Ideoque iuxta Guericum serm. 1. de Pasch. Philippus in figura cuiuslibet Ecclesiastici Doctoris, dictus est *os lampadis*, eo quod de ore ipsius ad illuminationem audientium, coruscarat ignitum eloquium Domini.]

#### Doctores hæretici, Lucerna fumida.

375. Hæreticos autem, quippe peruersos Doctores, esse tantum quasi lucernas, scitè tradit Orig. hom. 14. in Iosue. Fallacia autem est, quod iactant se illuminare. Sic Manichæi, illuminatores audire gestiebant, & suos vocabant *illuminatos*, ut S. Aug. testatur l. contra Epistolam fundamenti c. 25. Et de conuersis ad Catholicam fidem dicebant, lucem per illos transitum fecisse, ut videre est apud eundem S. Augustinum lib. de vit. lit. cred. cap. 1. Videbis plura apud eum lib. de actis cum felice cap. 16. & in Psal. 145 v. 7. Testatur etiam Lucifer Calar. ad Constantium l. quod moriendum sit pro Dei filio pag. 308. id iactasse Constantium Arrianum. Sic enim eum affatur. [Cum sis ipse, totius



erroris fons, affemas te luminis portitorem; cum sis tenebris obfessus omnibus.]

Claudius Taurin. vt est epud Ionam l. 3. *sub fin.* se in luce, Catholicos in tenebris esse iactabat. Familiaris quoque omnibus erroribus fuit ea iactatio. Barchochus enim apud Euseb. 4. histor. cap. 6. mentiebatur se ad Iudeos illuminandos venisse. Communiter quoque Iudei tempore S. Iustini, vt ipse agens cum Tryphone testatur, fabulabantur se suos profelytos illuminasse. In actis SS. Iuliani & Basilis *sub fin.* apud Symonem in actis SS. Iuliani & Marcianus Gentilis, profitebatur se Christianos illuminaturum. Apud Lactantium tunc se Christianos illuminaturum. Apud Lactantium l. 1. c. 2. Sicut idipsum Ethnicis pollicebatur vnus alius. Vnde vnde S. Iustini nostri, hauerint vt se illuminatos, & aliorum illuminatores dicant. Ceterum nemo hominum lucerna verè; sed omnes ad summum Ceneroib. vt supra philosophatur Origenes: id est, quasi lucerna. Pannus solum ab eis vomitur, non splendor emittitur, iuxta Augustinum l. de agone Christi. c. 16. verbis illis. [Ad istas tenebras, addunt adhuc fumum, quem sibi conuersionibus & certaminibus quotidianis excitare non cessant: habentes animas carnis affectibus difflantes, tanquam ligna humore saginata, in quibus quis fumum solum vomit, & habere flammam lucidas non potest; Et hoc quidè de omnibus hæreticis rectissime dici potest.] Subscribo, nā nihil verius, nihil quotidiā ac iugi nostratum Sectariorum experimento videtur.

Frustra qui his adhærent tenebrionibus, lucem ab eis sperant, frustra in has lucernas profundum pecuniam, famulante ei haud ab simili quam tider Lucianus dialog. aduersus ineditum librorum congelatorem. [Nolite inquit,] atate fuit quis & adhuc superest opus, qui Stoici Epicteti fictilem lucernam, ter mille denarii emit. Sperabat enim opinor, & ille, si noctu ad eam lucernam legeret, continuè & Epicteti Sapientiam in somnis se adepturum, & similem se fore adiuuandi illius [enis.] Lucernas istas fumidas, cardine eas adhibentibus, neminem latet qui eos noceat. Lucernam verò ex eis nullam promicare, sed fumum ducere, iam ex D. Augustin. diximus: Non sic Christi lucerna, qua & gratis prostat, & vberima luce perfundit omnia.

## CAPVT VII.

*Infra ad idem institutum, cerei ac lucerna symbola, sed intra laternam.*

176. [N] lucerna & cero ardentibus, flamma est conspicua: non item in laterna, sed per obductum corpus occluditur. Vnde apud aliquos sequioris æui Latini nosciuntur *abscissa* vocatur, & per aphoresim *scissa* vt notat Coluenerius in Onomastico ad Cantipratum. Ideoque à latente per laternam lumine, nōnulli Patres Scripturis astipulantibus, effectus Christi, & finis in quem effectus est, symbolum petant, quod bene interpositum & illustratum eo.

*Qui Patres, Christum lucerna in laterna abdita contulerint.*

Vias est eo symbolo ad diuini Verbi cum natura nostra consensionem declarandam S. Basiliius hom. de humana Christi generatione in fine. [Cogita pastores inquit,] in diuinis laudibus Sapientes factos, Sacerdotes prophetantes, feminas collatantes. Quando Maria gaudere docta est, ac iussa ab Angelo Gabriele; Quando Elisabetha Ioannem in vtero exultantem sensit; Anna Prophetissa Euangelizauit; Simeon in vtero accepit, in exili infante magnum Deum adorantes: non quod videbant contemnent, sed diuinitatis ipsius amplitudinem glorificantes: pellucebat enim di-

uinitas per humanum corpus, perinde atque lux quædam per Vitream capsulam, eos illuminas, qui cordis oculos mundos habebant.]

Adhibet eandem comparationem S. Bernardus serm. 3. de Ascen. verbis illis. [Quis sufficiat cogitare, qualiter rerum Dominus præueniret nos, venerit ad nos, subuenerit nobis, & singularis illa Maiestas voluerit mori, vt vineremus, seruite vt regnaremus, exulare vt repatriaremur, & vique ad feruissimam opera inclinari, vt constitueret nos super omnia opera sua. Talein se obtulit Apostolis, Apostolorum Dominus, vt iam non inuisibilia Dei per ea que facta sunt intellecta conspicerent, sed ipse facie ad faciem videretur, qui omnia fecit. Et quia discipuli carnales erant, & Deus spiritus est, nec bene conuenit Spiritui & carni, umbra corporis sui temperauit se his, vt obiectu viuifica carnis viderent Verbum in carne, Solem in nube, lumen in testa, cereum in laterna. Spiritus enim oris nostri Christus Dominus, cui diximus, in vobis tua vinemus inter gentes, non inter Angelos, vbi purissimum lumen purissimis oculis intuebimur. Vnde & virtus Altissimi obumbrabit Virgini, ne nimio splendore præsticta, diuinitatis fulgur, etiam illa singularis aquila tolerare non possit.] Et serm. 1. de aduentu. [Nos magis ad eum venire dignum fuit, sed duplex erat impedimentum. Nam & caligabant oculi nostri: Ille verò lucem habitat inaccessibilem; & iacentes paralytici in grabato, diuinam illam nō poteramus attingere celsitudinem. Propterea benignissimus Saluator & medicus animarum, descendit ab altitudine sua, & claritatem suam infirmis oculis comunicauit. Induit se laterna quadam, illo vique gloriofo & ab omni labe purissimo corpore; quod suscepit. Hæc est enim illa, leuissima planè & præfulgida nubes, supra quam ascensionem eum, Propheta prædixerat, vt descenderet in Ægyptum.] Videri possit legendum hoc postior loco, *laterna*: vt quia induisse se Verbum affirmat, sensus sit, vestem qua amicitia voluit fuisse detritam, & mastrucam petiūs ac lacernam, id est plebeiam vestem & obsoletā, quam Regum paludamentum. Tamen codices quos vidi, constanter legunt *laternam*: eaque lectio optime cōsentit eum ea lucis suæ attemperacione quam Verbum affectu, ait Bernardus.

*Scriptura ad eandem mentem.*

377. Videri porro posset idem insinuasle Iob c. 12. cum de Christo iuxta plurimorum Patrum interpretationem dixit, desiderii iuxta simplicitatem: non alia de causa, quam quia est lapas contempta apud cogitationes diuinitum, parata ad tempus statutum. Quid sic lampas contempta, varij variè exponunt. Sed S. Gregorius l. 10. mor. c. 29. accommodat ad rem presentem, contemptam lampadem interpretari videtur, quā lucernam cæcam, sine opacam, Galli *laternam surdam* appellant: quæ scilicet interius lucet, sed exterius non lucet; intus ardet, foris non resplendet: cuiusmodi lampadam contemptarum, exempla profert S. Gregorius, Dauidem nominatim, ac Paulum, moxque c. 30. omnes iustos, à quibus ad Christum affurgens, fuisse item Christum huiusmodi lampadam contemptam, & laterna opaca conclusam, sic demonstrat. [Liber inter hæc, ad Redemptoris vias, mentis oculos tollere, sensumque à membris ad caput peruenire. Ipse enim nobis lampas veraciter extitit, qui pro redemptione nostra in cruce moriens, tenebris nostris mentibus, lucem per lignum fudit. Hac nos lampade Ioannes illuminari conspexerat, cum dicebat: *Erat lux vera, que illuminat omnem hominem*, &c. Quam tamen apud cogitationes diuinitum contemptam vidit, cum paulo post subdit: *In propria venit, & sui eum non receperunt*. Huius lampadis flammam Herodes explorare voluit, cum eius



miracula videre concupivit, sicut scriptum est: *Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audisset multa de illo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.* Sed lampas hæc, ante eius oculos nullo radio lucis emicuit, quia ei qui non piæ, sed curiosæ quæsierat, nihil de se mirabile ostendit. Inquisitus quippe Redemptor tacuit, expectatus miracula exhibere contempsit, seque apud se in oculis retinens, eos quos exterior quætere comperit, ingratos foris reliquit: magis eligens apertè à superbientibus despici, quàm non à credentibus vacua voce laudari. Vnde & protinus lampas ipsa contempta est, sicut illic subditur: *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba.* Sed contempta lampas quæ in terra irisiones tolerat, de cælo lucidius per iudicium coruscet. Vnde hæc aptè subinngitur: *Parata ad tempus statuum.* De quo videlicet tempore per Psalmistam dicitur: *Cum accepero tempus, ego iustitiam indicabo.* De Christo item eum Iobi locum accipit Rupertus l. 2. de o. tribus Spiritus sancti c. 10. atque adeò pro lampade laternæ immixta, Christum habuit, ut ex his eius verbis apparet. [Hic iustus cuius simplicitas deciditur, ille est de quo in Propheta loquitur Deus. *Propter Syon non tacebo, propter Hierusalem non quiescam, donec egredietur ut splendor iustus eius, & Saluator eius ut lampas accendatur.* Lampas ista lucens dictis vel doctrinis, splendens miraculis, contempta est apud cogitationes diuitum, apud superbiam tenebrarum quæ lucem illam comprehendere non potuerunt. Quare. Quia non lucebat quomodo volebant, non splendebat quomodo splendete volebant suum Messiam, scilicet ad præsentem & vnam hominum gloriam. Tale enim non expectabant Christum, qualem istum viderunt, sed qualem splendore maligno splendenter suscepit Antichristum. Idcirco contempta est lampas ista apud cogitationes eorum, maxime ubi per mortem crucis lucem eius se extinxisse putaverunt. At illa parata erat; & parata est ad tempus statutum, quo in tempore fiet illis, quod scriptum est: *Domine exaltet manus tua, ut non videant, videant & confundantur Zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.* Illud tempus suum, quo super candelabrum cæli ponenda erat lampas ista prospiciens, derisorem tenebrarum patiebatur, dum extingui putaretur, veræ lampas Sapientiæ pro sua quoque taciturnitate, iuxta illa. *Sapiens tacebit usque ad tempus.*

Ad illud igitur usque tempus, lucerna Christi intra laternam abdita, non emicuit, nec foris nisi per paratè resplenduit: Id quod significatum & adumbratum æquè est, typo lagenæ Gedeonis. Nihil enim aliud ea lagena fuit quàm laterna cæca, testacea. Gedeon ergo primus descendit in prælium, armatus lagenâ, intra quam lucerna erat, id est cereus ardens, (nam lucernam vulgarem, agitatio quam olei effusio consecuta esset, vetat intelligere;) Lagenâ, quam S. Ambrosius l. 1. de Spiritu sancto c. 1. *hydriam* appellat, corpora nostra de limo figurata designat, eodem S. Ambrosio interprete. De huiusmodi autem lagenâ, non primicuit diuinitatis fulgor, quia Christus dum viator fuit, ferè mansit inglorius. At contracta lagena, & testaceo humanitatis involuero lumini prætenso, per passionem & mortem diffracto, ut egrediè prosequitur S. Gregorius 30. mor. cap. 3. 2. & 3. resplenduit fax, quæ ante intralaternam corporis delitescens, non promicabat. Id quod proportionè seruata, in tanti exercitu selecto, per trecentos Gedeonis milites adumbrato, locum habuit.

#### Duplex ratio, instituta comparationis.

378. Cui autem Christum, lumen laternæ obdutum iuxta prædicta dominare liceat, non obscura ratio ex dictis habetur gemina. Lampadis enim aut facis lumen, ex se splendens ac fulgens, præensione lucernæ veluti diluitur & obnubitur. Quam causam fuisse

prodit Iamblicus in Pythagoræ vita, cui ille, nomenclatore Saluiano *Magister Philosophia*, veterat ad laternam speculandum. Quod enim nimis remissum ac hebes lumen è lucerna laternæ immixta profundatur, possitque ea luminis parciat visui incommodare, veterat Pythagoras ad tam exiguum lumen vacare lectioni, aut speculationi, quæ visus functionem depolcat. Quamquam Gyraldus l. de Pythagoræ symbolis, aliter hoc symbolum effert: nempe hoc modo, *ne ad lucernam, speculum spectato.* Et interpretatur de nobis rebusque nostris, non ad alienam lucem creatam, quæ modica est, & sæpè imponit, sed ad Solarem ac diuinam admetiendis iustoque suo pretio, quod omnes tunc mendæ appareant, æstimandis. Ut, ut sit, laternam lucernæ aut cereo prætenfam, remittere ac temperare eius splendorem, nemo non videt. Quod ergo diuini Verbi tantus sit fulgor ac splendor, ut eius contritione, naturalis quæcunque acies quantumvis perspicax esset prohibenda; attemperauit infirmis visibus nostris Deus, lumen illud, obducta ei humanitate tanquam laterna quæ lumen illud dilueret. Sicut etiam Moses, quod ex consortio sermonis Dei, facies eius radiaret, & hebetes Iudeorum visu, prætingeret, velamen adhibebat; non quo prius visum Iudeorum, fugeret, sed ut ad terrefam ac hebetatam lucem, non exultarent: quæ fuisse Christ Legistatoris nostri imago, nec leuis adumbratio videtur. Ita accepisse lucernæ cum humanitate Verbum quasi obducere, analogiam, videtur Iacobus de Valentia in Psal. 18. ad ver. 5.

Occurrit ratio altera, cui Christus Deus homo, lucernæ intra laternam abdita, conferri iure possit. Idcirco enim latere in laterna lucem volumus, ut tuta sit ab ætæris & ventorum iniuriis, quibus aliqui pateret, si laternæ tutela indemnitate præstaret. Aptè ergo laterna significare potest, quod Christus pro nobis se demiserit: nempe ad humanitatem passibilem atque mortalem; cuius lux, id est vita corporea, flabris persecutionum & aquis cruciatuum, extingui aliquando potuerit, & verò etiam sit extincta ad tempus, donec redaccensa, facta est inextinguibilis; Christus enim resurgens ex mortuis, iam non moritur. Id quod etiam laterna, lumen ab incommotis liberans aperte fert. Propterea enim S. Ambrosius l. 1. de Iacob c. vi. fortitudinem nullis aduersis flabris cessuram, confert luminis intra laternam.

#### Vfus doctrinæ.

Ne vereamur itaque nos quoque, esse contemptæ lampades, paratæ ad tempus statutum. Abscondi intra humilitatis præsentis ac despectionis laternam cum Christo par est, ut cum Christus apparuerit vita nostra, & nos cum ipso appareamus in gloria. Ita quidem si *Hermonym* id est viam lucernæ, ut supra cum Ambrosio interpretabamur, secuti fuimus. Cæteroque commendum, ne lucerna hæc, quæ est Christi Dei & hominis aduentu constituta, vertatur in clibanum: quod grauitè contestatur S. Cyrillus l. 1. *glaphyr*, in pentat. pag. 63. in fine monstrans Verbum incarnatum, bonis quidem lucernam, discipulis verò ac reprobis, clibanum fieri.

#### CAPVT VIII.

##### Ex Sole corporeo, producti pro nobis Christi, symbola.

379. A Spiculis luminibus cerei ac lucernæ, ad totam, ut cum Tertulliano dicam, Solis lancem progredior, monstratur in Sole corporeo & materiali, symbolum Solis iustitiæ: non quod hic sim sollicitus, de exhibendo Christi sub ratione Magistri omnis



omnis sanctitatis atque iustitiæ, quod præstabo cum de Christi attributis spectantibus homines; sed quod ex Sole declarari optime possit Christi productio, & aduentus in orbem ad salutem & sanctificationem nostram.

### Christus, Sol.

Est sane Christus, Sol quidam. Analogias plurimas adhibuit Petrus Damiani serm. de Epiphania. In Sole (inquit,) quinque principaliter attenduntur. Sol incommutabilis est in se, cum Luna singulis mensibus commutetur. In Sole nulla est macula, cum semper macula sit in Luna. Sol habitat plenitudinem luminis, à quo & alia luminaria lumen accipiunt. Sol licet sit incommutabilis, interdum tamen patitur eclipsem. Sol semper lucet in die. Sed eadem in vero Sole nostro sollicitè intelligemus. Sol in se incommutabilis est; & ipse Christus secundum diuinitatis potentiam, semper incommutabilis perseuerat. Unde ipse ait: *Ego sum Deus, & non morior*, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo in obumbratio. In Sole nulla est macula; & ipse est, qui singulariter ingressus est mundum sine macula; qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sol habet plenitudinem luminis; & in eo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, cui non est datus Spiritus ad mensuram, imò de plenitudine eius accepimus omnes gratiam pro gratia, quando uenerunt à capite descendit usque ad barbam, & à barba illiuit in ortum uentimenti. Sol interdum patitur eclipsem; & ipse Christus Eclipsem mortis passus est in passione, quando recessit pastor ouium, ponens animam pro ovis suis, & inclinato calice emisit Spiritum: Sol semper lucet in die, & ipse Dominus, postquam resurgendo consumpsit tenebras nostræ mortalitatis, resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, sed lucem habitat inaccessibilem, & in eo tenebræ non sunt uilæ. Hunc solus equale Ioannes irreuerberatis luminibus intuitus est in uera sua, quando ad eam altè volauit, quod si paulò altius inuoluisset, totus mundus cum capere non potuisset. Merito igitur Philippus Abbas prologum in Canticis claudit his uerbis.

*Viam uos ueteres nostris tantummodo Lunam*

*Temporibus nostris altera maior adest.*

*Sol priorem solis maiore stupet nouitate,*

*Solemnemque parit Luna nouella nouum.*

*Quem uel qua melius si uultis nosse retexam,*

*Christus Sol oritur, Luna Maria parit.*

Melius hic quam in Augusti nativitate uerum apparuit totum Solem. Mater Augusto grauida ait Constantinus Manasses in Annal. num. 7. uidit in somnis viscus lunæ in celum subuolare. Pater autem quo momento Augustus natus est, uidere uisus est. Solem è sinu coniugis exorirentem. Hæc cadunt in Christum longè aptius. Ex lunæ olim Christiani nata est Christi diem, vocabant diem Solis noui, uel Solem nouum, ut liquet ex S. Ambrosio serm. 16. Eamque ipsam diem illius nomenclationem ab Ethnicis fortuito usurpatam, docet S. Leo serm. 2. de Natiuitate, & S. August. serm. 61. de diuers. cap. 1.

### Structura & effectio Solis corporei, collata cum Christi effectione ac structura.

380. Quando itaque Christus Sol est, age, solis huius corporei, & solis mystici effectiones componamus. Patrum ergo nonnulli, Christi productionem cum solis productione perbellè consentire sunt arbitrati, quia lucem primo die productam ante solem quarto die creatam, non censent euanuisse post primum triduum. Quosum enim primum Dei opus tam illustre tamque præclarum post tam breue spatium redactum fu-

isset in nihilum? Censent ergo eam lucem quæ primum per triduum per se fuerat, tandè 4. die; Soli ueluti uasi & conceptaculo fuisse immisam. Nam Sol, apud Poetas quoque, *uas luminis* audit, & apud Syracidem *uas admirabile* denominatur. Eam uero lucis & uasis adiunctionem, solis creationem dictam esse existimant, & perbellè respondere uolunt productioni Christi; quatenus in eo corporaliter habitat plenitudo diuinitatis tanquàm lucis immensæ, & ex diuinitate eiusque quoad nos ueluti uas, sanctissima Christi humanitate, productus est Christus. Potest autem ea sententia de luce per se primum producta tripliciter intelligi. Primum ut lux illa fuerit forma accidentaria per se producta diuinitus. Quo sensu tribuitur sententia illa S. Basilio hom. 2. & 6. hexam. secundo ita ut fuerit forma substantialis corporis solaris, præter aliorum corporum morem magno miraculo producta ante corpus solare, quarta die procreatum: quæ est apertissima sententia Nazianzeni orat. 43. *sub initium*: qui aded affinitatem habet cum S. Basilio, ut videatur planè eadem fuisse utriusque opinio in hoc puncto. Tertia sententia excogitari posset, quod lux illa, fuerit corpus quoddam siue cæleste siue elementare, quod primo triduo non fuerit in uase; quatruiduo uero post primam eius creationem, sit coërcitum intra uas quoddam & conceptaculum, diuersæ rationis à corpore illo sic recepto & coërcito. Quæ cogitatio non aded abhorret à uulgatissima nunc sententia, quod Sol sit corpus elementare ac igneum, pro qua innumera cumulat Christophorus Scheiner. l. 4. Rosæ Ursinæ parte 2. à c. 17. Posset ergo cogitari, corpus illud igneum prius fluxum, magisque dissipatum & idcirco minus lucens, fuisse 4. die stipatum intra pilam, qua ex parte ad nos spectat, parentem, aut transparentem: ut si ignis intra pilam uitream aut crystallinam concluderetur. Quidquid uero sit de harum sententiarum ueritate, quam nunc nihil attinet excutere. Patrum nonnulli, exemplo fabricationis Solis, iuxta aliquam propositarum sententiarum exposita, declarant Christi productionem & Verbi cum nostra humanitate coniunctionem.

Iustinus in expositione fidei de Trinit. (si tamen Iustinus, & non potius alius Concilio Ephesino posterior;) post expositam Christi productionem exemplo hominis, & copulationis animæ cum corpore, subdit. Quoniam Verbum illud quod in mundum uenit, lumen infulsit ex ingenito lumine, malum à lumine sumere huius uisionis similitudinem. Intelligamus igitur, illud Verbum lumen esse primigenium, quod prima uoce Dei ipsum Verbum prognatum est: corpus uero solare, corpus humanum, cui modis arcanis Verbum illud unitum est. Caue autem putes, Solem aliud lumen, quam id quod primum factum est. Nec enim quasi parum sufficiente ad illustrandum mundum illo primo, Sol factus est, ut defectum eius suppleret. Non est enim talis hic opifex, ut nec perfectum opus prospexerit, nec splendorem quantum uisus postulat, creauerit. Vnum est igitur lumen illud primigenium. Sol autem corpus, ei paratus est, in quæ collectum lumen hoc diffundat se inde per omnia. Hoc horarum diei cursum per corpus absoluit, nobis ex officio. Nisi enim adstrictum esset corpore, sed totum in toto aere, neque dies dimetiretur, neque motu ordinatorem suum nobis ostenderet. Quod si mihi obiecias, etiam ante solem conditum, diem, noctemque fuisse, primum assentes lucis naturam illustrando uniuerso suffecisse: Deinde quæres causam cur Sol factus si, nec aliam inuenies quam à nobis iam redditam. Nam antea totum lumen diffusum per totum aërem, neque motu ferebatur æquabili, neque diei mensuras determinabat; sed contrahendo se nocti decedebat; ut modis omnibus uerum approberetur, aliud quiddam esse lumen, aliud solare corpus huius conceptaculum. Cum



Cum ita se habeat lumen ad solare corpus, considerate iam diligenter hanc rationem. Sicut enim post vnitio- nem primigenij luminis cum solari corpore, nemo hac potest ab invicem dinellere, neque alterum solem seorsim vocabit, alterum verò lumen; sed vnus sol, hoc lumen dicitur: sic de illa vera luce & sanctissimo corpore, post vnitioem nullus dixerit, alterum seorsim filium Verbum Dei, alterum verò filium, hominem: sed vtraque vnum & eundem intelligit; Sicut vnum lumen & vnum solem, tum comprehensum lumen, tum corpus quod id continet. Rursus sicut vnum lumen & vnus sol, naturæ verò duæ, altera luminis, altera corporis solaris: sic & hic vnus filius, & Dominus, & Christus, & vnigenitus: naturæ verò duæ, altera nostra, altera nobis superior. Rursus sicut hinc luminis lumen inest actu, quod nemo separate possit à corpore con- ceptaculo suo, ratione tamen quibus discernat natu- ram, cuius est hæc vis propria, sic in vno filio Dei vni- uersam vim nemo sperauerit ab vnica filietate, natu- ra tamē eius proprietatem, ratione quibus discernerit.]

§ 81. Damascenus orat. de transfig. sub finem, tractans illud, *resplenduit facies eius sicut sol*, ita scribit. [Verum quemadmodum sol, quamuis vnus sit, duplicem ta- men substantiam habet, alteram videlicet lucis, quæ prius oria est, alteram corporis, quod post creatum est: corpore autem per totum in seipso manente, lumen perpetuò vnitum est, atque in omnes terræ fines dif- funditur: eodemmodo Christus quoque, sempiter- num & inaccessum de lumine lumen, in temporario & creato corpore factus, vnus est Iustitiæ sol, vnus Christus, in duabus à diuisione remotis naturis agnos- cendus.]

Anastasio Synaita lib. 4. Hexaëm. *initio*, immensus propē est in hoc argumento. Delibo dumtaxat non- nulla. Refert imprimis ad Christum, quod sol quarto die creatus dicatur. Sicut enim triduum primum, sole & aëtris destitutum, imperfectum & minus illustratum fuit; ita status triplex quem distinguit ante Christum, nempe ab Adamo ad Noë, ab hoc ad Moysen, ab isto ad Christum, valde mancus & imperfectus fuit præ quarto statu quem Christi aduentus contulit. Hoc autem Anastasius, ait esse notum & dignum quod ser- uetur mysterium, quod sol demum post triduanam lu- cem, quarto die sit procreatus. [Nam lux quidē trium dierum præcedentium expansa, ac dispersa per totam vniuersitatem, ostendit lucem increate Trinitatis quo- cumque peruenire, & nullum relinquere locum ea va- cuum. Quando autem quarto die fabricatur orbis sol- is, & lux illa quæ est vbique præsens in eo ponitur; Hoc significat quod diuina illa lux in orbe quodam primū quidem ponitur obscura ob peccatum Ada- mi, postea autem lucida propter vniōem in Deo per hypostasim, in abiectio scilicet & contempto homine quem filius hominis sibi assumeret ex tota obscura & tenebrosa humanitate; sed ita quoque, vt non coër- ceatur in actum, neque circumscribatur. Quomodo enim lux rursus post eius in sole posituram, quarto die adest vbique & per totam terram expenditur: ita et- iam lux diuinitatis, per incarnationem non est circums- cripta, nec contracta: sed rursus sic etiam Deus Chri- stus, omnia intrinsecus, illustratque & viuificat. Illa enī Dei Verbi hypostasim, etiam in carne est aperta. Illa et- iam in carne mundum illustrat. Quartus autem dies, in quo perfectus fuit sol, qui significat Christi incar- nationem, significat quod bonorū omnium perfectio, tunc apparebit.] Et inferius solem in terra cōstructum, deinde in firmamento cœli collocatum, & scriptura colligens, addit. [Vide mihi rursus hic quoque terram ante cœlum à sole illuminari, & sic ad cœlum, Chri- stum, qui est sol, remittere, post eius compositionem & constructionem quæ facta est supra terram. Ne nos enim lateat quod ex omnibus luminaribus sol com-

positus, vt qui constet ex duobus generibus in typum Christi, nempe ex illa & prima cœlesti & antiqua luce, & igne qui postea factus est, & in æthere est interce- ptus, & de industria in terram proiectus. Et intellige hæc nobis subministrare lucem, nempe Verbi diuini- tatem. Erat enim & pridem in principio lux vera quæ illuminat omnem hominē: Rursus autem sanguinolent- tam & candentem nostram carnem. Lux enim in sole ignē accepit: hoc est Verbum illuminans, factum est caro. Adam enim induit Dominus, & accinxit. Adam enim interpretatur candēs & sanguinolentus: quando- quidem pueri communicatū carni & sanguinē qui- bus etiam super terram Christus, nempe Sol, compo- situs apparuit. Et idē etiam soror eius luna, nempe Ecclesia, dicit in canticis. *Pauis meus albus & flauus*, nempe Deus & Adam. *Albus* propter diuinitatem, *Flauus* propter humanitatem. Qualem etiam videmus cō- positum solem, album & flauum, ad imaginem Christi qui est sol iustitiæ.]

Excurrit in hoc Christi Epithetum & multis confir- mat Christum esse & dici solem mysticum, tum sub- dit. [Qui itaque sunt scrutati rationes naturæ creatu- rarum, dixerunt esse ineffabilem & incomprehensibi- lem contemperationem & compositionem naturæ sol- is, vtque sit typus ac figura ineffabilis vniōis singula- ris Christi hypostasim, ex quibus est etiam diuinus Basi- lius. Nam si sol est lumen simplex, quomodo admi- rabiliter & supernaturaliter calefacit terram. Sed si est ignis incontentus & incommittus; quomodo ar- bores non comedit & herbam? Multa Christi exem- pla & præcedentes figuras habet sol. Ignis enim nesci- mus quemadmodum ex ipso exeat accendaturque & exstinctus quō vadatur: quomodo abique vilo ligno, aut cera, aut aliquo alio huiusmodi crasso corpore, ne- mo potest ignem per se mundum aspicere, aut tenere super terram, nos docente exemplo, quod nemo vidit nudam Christi diuinitatem aut contractauit donec carnem acceperit. Rursus ignis est intra omnem crea- turam, & in lignis & in lapidibus, & in aquis: & nemo videt nec comprehendit quemadmodum in ipsis ha- bitet: quomodo quod est vbique & omnia implet Verbum Dei, de quo dicit Scriptura, *Deus noster ignem consumens est*. Rursus autem inuenimus lunæ & possit lumen suppeditan à Sole, vt docent qui maxime sunt in externa versati philosophia, re nobis significante, quod à Christo qui cadit sub intelligentiam, illustratur Ecclesia & sanctorum luminaria. Ipse enim est lux, de qua dicunt Ecclesia & Iusti. *Ex eius ignis plenitudo, nos omnes accepimus*. Tandem inferius paulo post. [Ego quidem certe audio Paulum dicentem, vel potius in eo habitantem Spiritum sanctum, proclamantem; *Omnia in Christi typum facta sunt, tam quæ sunt in cœli, quàm quæ sunt super terram*. Vidi solem super terram cōstructam, & ex duabus rebus cōpositū, nempe qui pri- us constat ex luce, & ex igne postea. Deinde post eul- modi compositionē & in hypostasi vniōem, in cœli & terra sublatum & restitutum, nihil aliud aspicio quàm Christum Dei, cum carne in cœlos assumptum. Hic enim est sol de quo scriptum est; *In cœlo posuit taberna- culum suum*, hoc est Verbi diuinitatis vnij carnem suam: *Et ipse tanquam sponsus*. Datus est enim ad nuptias hu- manæ naturæ à patre qui eum genuit. Cum incorru- pta autem eius sponsa, nempe carne, procedens ex thala- mo suo, mater scilicet, exultabit tanquam Gigas ad cur- rendam viam in cœlos. *A summo cœlo facta est egressio eius* qui ad nos erat egressus, Et nunc occursum eius vsque ad summum cœlum recurrentis ad patrem. Per hoc ergo exemplum discamus, Prophetice solem, nempe Chri- stum in cœlo currentem.]

Alia innumera in sole, quæ ibi Anastasius ad Chri- stum accommodat, missa facio, intentus hoc loco dumtaxat in effectionem ac structuram Christi, eiusq; finem







tem perfectio est, nisi tu in contrariam partem pergas, non quia ille tendit. Sequendo eum profectio erit tibi, & pro Oriente Occidentem tenebis: Tu eum in terra si sequaris, errabis. Nauta si eum in mari sequatur, errabit: Postremo videtur tibi sequendum esse Solem, & tendis etiam ipse ad Occidentem, quod & ille tendit. Videamus cum occiderit, si non ambulabimus in tenebris. Vide quemadmodum & si nolueris eum deserere tu, ipse te deseret, seruitutis suae necessitate, peragens diem. Dominus autem noster Iesus Christus, interim & cum per carnis nubem non omnibus apparebat, per Sapientiae potestatem omnia tenebat. Deus tuus, ubique totus est, si non ab illo facias calum, nunquam à te ipse facit occasum. Qui ergo me, inquit, sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitae. Quod promissit futuris temporis verbo posuit: non enim, ait, habet: sed habebit inquit, lumen vitae: non ait tamen, qui sequentur me: sed qui sequitur me. In eo quod facere debemus, praesens tempus posuit: quod autem promissit facientibus, futuri temporis verbo significauit.]

## CAPUT IX.

*Iris, symbolum Christi, producti  
in pacem nostram.*

384. Speciosissimum ac perelegans productionis Christi symbolum, suppediat Iris: quod apud subiectum priori symbolo, quia est effectus Solis in nube. Finis vero Iridis, cum fine aduentus Christi tam belè responderet, ut nihil dici possit congruentius. Vtrumque breuiter ex doctrina Patrum attingo, Supposita Iridis natura, quam plenè trahunt Physici & Optici, eleganterque S. Basilii Epist. 43. quae eadem est cum libro Gregorii Nysseni de differentia essentiae & hypostaseos. Ibi ad explicandum Augustissimae Triadis mysterium, pulcherrimè ac fusè exponitur quid sit, quomodo procreetur Iris. Ad praesens autem institutum, satis est nosse Iridem esse reflexionem lucis solaris, maximè ab aqua seu nube torida, in guttas iam concretescente, tanquam speculo aduersum lumen excipiente. Ex quo liquet, ad Iridem efformandam, requiri Solem & nubem; ex quorum certa positura, efflorescit forma illa arcus bicornis, gratissima colorum varietate renidens. Eaque ex causa, Patrum plerique Christum cum iride componunt, quod efformationis modo, suaeque forma, & coloribus, ac fine in quem à Deo deputata legitur Iris, Christum referat. Ita S. Gregorius hom. 8. in Ezech. Ansbertus in cap. 4. Apocal. Rupertus in c. 4. Genes. alijque non pauci. Sed tradamus aliqua distinctius.

*Christi, mystica Iridis, nubes Deipara.*

Nubem ad quam reflexa lux Solaris, Christum mysticam Iridem procreauit, aliqui dicunt esse B. Virginem, quod mox referam ex Idiota contemplat. de Dei. cap. 3. nu. 7. Et fuit sanè Deipara, nubes illa leuis de qua Isaias cap. 19. ut ibi S. Cyrillus & Procopius interpretantur. Idem habet S. Ambrosius in Psalm. 118. serm. 3. & 5. Breuiter in exhortat. ad Virgin. agens de Christo. [Hic est (inquit), qui venit in nube leui, sicut dixit Propheta: Ecce Dominus sedet super nubem leuem, & venit in Aegyptum. Significans quod in Aegyptum, id est, in afflictionem istam mundi huius, veniret per Virginem. Nubem itaque Mariam dixit, quia carnem gerebat: leuem, quia virgo erat, nullis oneribus gravata coniugij.] Item in institut. Virg. cap. 13. cum proxime monstrasset, Deiparam fuisse ollam feruentem, subdit. [O Diuitias Marianae Virginitatis; quasi olla feruit, & quasi nubes pluit in terras gratiam Christi: Scriptum est enim de ea: Ecce Dominus veniet, sedens super nubem leuem. Verè leuem, quae coniugij onera nesciuit. Verè

leuem, quae leuauit hunc mundum de grani fenore peccatorum, Leuis erat, quae remissionem peccatorum vtero gestabat, Denique eleuauit Ioannem in vtero constitutum, qui ad vocem eius exiliuit, & infans exultauit in gaudio, prius sensu deuotionis, quam Spiritus infusione vitalis, animatus. Excipite igitur, excipite Sacrae Virgines nubis huius pluuiam spiritalem, temperamentum fragrantiae corporalis, ut corporis omnes restinguatis ardores, atque interna mentis vestra humentant. Huius imbrem nubis Sacrae, partes nostrae annunciauere nobis, salutem mundi futurum. Hic imbrem significabant esse venturum, stillicidia stillantia super terram, quae Heriobaal poposcit & meruit. Bonam nubem sequimini, quae fontem intra se genuit, quo rigauit orbem terrarum. Excipite ergo voluntariam pluuiam, pluuiam benedictionis, quam hereditari suae Dominus effudit. Excipite aquam, & non effluat vobis: quia nubes est. Diluat vos & sacro humore perfundat: quia olla est, spiritu vaporet aeterno.]

Astipulatur S. Hieronymus in Psal. 96. ad illud, *nubes & caligo in circuitu eius*. Nubes enim interpretatus primo loco, Prophetas & Apostolos subdit secundo loco, Nubem esse Deiparam, eoque sic profert citatum locum Isaias. [Dominus venit in Aegyptum super nubem leuem, & confringentur idola Aegypti.] Venit Dominus, & idola Aegypti commota sunt, & conculsa atque destructa. Nubes ista, destruxit Serapim in Alexandria Non Imperator, homo mortalitatis, sed nubes ista quae venit in Aegyptum. *Nubes & caligo in circuitu eius*. Diximus de nube, dicamus de caligine. Dominus in caligine est, Dominus aut in lumine est, aut in caligine. In lumine, incipientibus est. Incipientibus enim, simpliciter loquitur: qui verò perfecti sunt, illis mystice loquitur. Denique Apostolis non loquebatur quasi torbis, sed intrinsecus loquebatur. Et quid dicit? *Qui habet aures audiendi audiat*. Ergo hoc quod dicit: *Et caligo in circuitu eius*, hoc est, & mysteria in circuitu eius.]

385. Haec est nubes illa parua, quae post triennem siccitatem, Propheta deprecanti, mari sustolli visa est 3. Reg. 8. ad diuini auxilij ostensionem manifestam. Exemplo ei non absumi, quod Gregorius Turon. recitat de S. Aniano Episcopo, quo obiecta per Hannos verbe Aurelianensi, citum auxilium obiectu nubecula post trinam explorationem apparentis, deprehendit. Nubecula de qua agimus, multo magis necessarii, & multo amplioris auxilij in generis humani oppressione, index fuit. Quod enim mystice ea nubes portenderit Deiparam, sic exponit. Ioannes Hierosolimitanus, non ille S. Hieronimi aequalis sed alius longe posterior, & homo Latinus ut Card. Baro. r. 6. Annal. rectè aduertit. Is igitur autor l. de instit. monachi cap. 32. sic scribit de ea nubecula apparitione facta Eliae. [Quid Sacramenti rerum futurarum praeter historiam, visio illa intrinsecus contineret, & quid iugis mysterij Deus Eliae tunc stanti prono per eam portenderet, dignatus fuit Eliae aperire, non palam hominibus, sed secretis confortibus. A quibus traditum tenemus, Deum sub figurata visione reuelasse tunc Eliae quatuor magna mysteria quae per ordinem explicabo. Primum, quod quadam infantula nasceretur, quae ex vtero matris suae ab omni peccato munda egrederetur. Secundò, tempora, in quibus hoc adimpleretur. Tertiò quod haec infantula virginitatem perpetuam ad exemplum Eliae amplecteretur. Quariò, quod Deus, iungens naturam suam humanam, de virgine illa homo nasceretur. Per hoc namque, quod ille puer Eliae, vidit de mari nubeculam parua oriri, reuelauitque Deus Eliae, quod quadam infantula, scilicet Beata Maria, per illam nubeculam significata, & instar illius nubeculae, per humilitatem parua, nasceretur de humana natura peccatrice, designata per mare; Quae infantula iam in suo ortu esset munda ab omni peccatorum sorde, quem







ipse dixit se vidisse nubeculam paruulam ascendentem de mari, carnem Christi figurabat, quæ in mari mundi istius, nascitura erat. Quamobrem ne fædè aliquis dubitet, nubem illam vestigium hominis habuisse, dixit: illius utique hominis, qui dixit, *Quæ dicunt homines esse filium hominis?* En nubeculam, de Christi humanitate expositam. Hi inquam Autores non refragantur. Nam humanitas Christi, cum sumpta sit ex Deipara, ita ut primigenia substantia filij sit ipsamet matris substantia, est vnum quid cum matre. Nec Deipara & eius substantia quæ cessit in Christi structuram, sumuntur pro duobus, sed habentur ut vnum: perindeque est dicere, cælestem hanc Iridem efformatam esse in Christi humanitate, ac dicere efformatam esse in Virgine Deipara. Ita apertè intelligitur ex hisce verbis. Idioræ contemplat. de Deip. cap. 3. num. 7. [Arcus cælestis fit ex radijs Solis, in humida nube, & significat Incarnationem filij tui super benedicti, in te. Tunc enim Sol iustitiæ, qui est splendor Patris, ingressurus in mundum, ascendit super nubem leuem; id est sibi vniuit mundissimam carnem sine pondere peccati, quod factum est de tua carne in tuo virginali vtero, & sic facta est visibilis imago Solis iustitiæ, cum profusionis gratiarum plenitudinis: ut sit visibilis imago Solis, cum sit arcus, sed non nisi in die profusionis pluviæ.]

Eodem modo Gisbertus in altercat. Synagoga & Ecclesia cap. 6. ad finem, nubem imbriferam vnde arcus, carnem Domini in vtero Virginis acceptam, ac proinde partem substantiæ Virginis interpretatur. Proposita enim à discipulo interrogatione, quod signum divini nobiscum fœderis esset arcus, respondet. [Iris Græcè, Latine arcus dicitur. Radius enim Solis, nubem imbriferam & spissam, cum densitatem ipsarum nubium splendori suo oppositi non valet transire sua virtute, arcuatur quadam circumflexione; nec vlla ratione videri potest, nec apparet cœli serenitate. Per arcum ergo, Christum attende. Ipse enim Sol iustitiæ per divinitatem, radio suæ lucis æternæ, nubem ingressus est, quando in vtero Virginis incarnatus est, iuxta illud Esaia: *Ecce Dominus ascendit super nubem leuem, & ingredietur Egyptum.* Quæ nubes, id est, caro Domini, rectè imbriferam dicitur, quia multitudine doctrinarum & Sacramentorum repleta probatur.] Subdit quomodò verè arcus iste, sit signum propitiationis, & quo pertineant ad Christum aptari, duo arcus colores, viridis & ruber: alter scilicet ad aquam Baptismi, alter ad sanguinem redemptionis.

Autor in super homilia 2. in Apocal. Angustiæ tributa, ad illa verba & *Iris erat in circuitu sedis* perpulchrè quod ad sensum attinet, in hanc rem disserit; tametsi absurdè philosophatur, vel potius Grammaticatur circa notationem vocis *Iris*. Tychonius esse, operis illius verum parentem, docemur ex Primasij in Apocalypsim præfatione, & alijs quæ Ribera protulit ad illius libri vestibulum. Quia verò Ansberrus quæ infra adducam, hunc Tychonij locum, Syllabatum suum fecit, abstineo hic eius adscriptione.

Consentit Richardus à S. Laurentio lib. 5. de Deip. non multum ab initio, tractans Virginis speciositatem, [Arcus (inquit,) quantum ad Incarnationem Verbi. Arcus enim est ex radijs Solis & humida nube, sicut dicit Glossa super Genes. 8. quod factum est in Incarnatione, quando Sol iustitiæ qui est splendor Patris, ingressus Egyptum, id est ventatus in mundum, ascendit super nubem leuem; id est sibi vniuit mundissimam carnem sine pondere peccati, quod factum est in vtero Virginis, & sic factus est quasi quidam arcus qui sit in die pluviæ.]

Pulchrè denique Alcimus Auitus ad finem libri quarti in Genesim, post descriptam concionè Iridem, & finem ad quem à Deo deputata est, nempe ut esset signum salutis, addit:

*Nunc quisquis semel allatam servare salutem Optat, signatum potius signo inspicit Christum. Verus enim atque vni firmari fœderis arcus Ille Deum atque homines inter qui Virgine carne Virgineo ex vtero sumpta, iam munere lucet Multiplicis in cælo varius, sed fulgidus omni Valem monstrat sacris pignoris arcum.*

*Iridis & Christi, structura proportionali.*

389. Verbi igitur divini, tamquam cælestis Solis obversio ad nubem humanitatis, arcum illum speciosissimum efformavit, cuius vniuersa compositio, optimè eam structuram Christi responderet. Sunt enim in Christo duæ nature, & vniò eas necdens in vna personalitate. Sicut in arcu, sunt duo cornua per chordam colligata. Perpulchrè id in arcu expressum docuit Guirmondus lib. 2. contra Berengar. [Christus (inter Deum & homines mediator, dum nobis semper velut arcus in nubibus, ex diuina consistens & humana substantia, fulget in prædicatoribus, dumque pater pro nobis interpellantem semper aspicit, inter Deum & homines signum est fœderis sempiterni, iuxta quod scriptum est: *Ponam arcum meum in nubibus, & erit signum fœderis mei, inter me & inter terram.*]

Triplex verò arcus color, nimirum cæruleus, viridis, ac ruber, varia Christi adiuncta & perfectiones notant. Cæruleus quidem, cælestem Christi originem: (fuit enim Christus, homo de cælo cælestis 1. Cor. 15.) viridis autem, innocentiam vitæ, & virorem virtutum omnium, ac quasi vel perfectionum perfectionem. Denique rubens, acerbiterat perfectionum & fufum in morte cruorem. En arcum, in cuius contemplatione meritò exclamare liceat cum Syracide cap. 43. *Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum. Valde speciosus est in splendore suo gyrans cælum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerunt illum.*

*Nec non fines Iridis & Christi.*

390. Eo porro copiosius argumentum diuinæ laudis in arcu mystico occurreret contemplanti, quo perspectior fuerit finis in quem positus est; nimirum ut sit testis fidelis in ita à Deo conciliationis cum humano genere. Passim enim Patres quod Genes. 9. traditur de arcu delecto in signum propitiationis, & non vltra per aquas perdeni orbis, accommodant Christo. [Arcus iste, id est Christus, (inquit supra Gisbertus,) signum propitiationis est; quia ipse solus propitiatio pro peccatis nostris est. Habet autem duos colores viridem & rubrum, in quibus apertè monstratur aqua baptismatis, & sanguis redemptionis, quia per hæc duo etiam emundamur à peccatis. Per hos item duos colores dispares, duo iudicia aduertimus: Vnum per aquam iam factum, aliud per ignem faciendum. Arcus iste iam positus est in nubibus pro signo fœderis: quia in Christo nobis spes crevit salutis, Prædicatorum doctrinis & miraculis.]

Quod ait de duobus iudicijs per duos illos arcus colores expressis, desumptum est ex S. Gregorio hom. 8. in Ezech. ad illud *velut aspectus arcus cui fuerit in nubibus, in die pluviæ*: ubi colorem cæruleum, quem vocat colorem aquæ, notare ait iudicium per aquam, quod vltimus non est exercendum. Colorem verò rubrum, refert ad iudicium per ignem, quod faciendum superest. Imo verò addi potest, neque hoc iudicium esse faciendum pro ijs quibus cum Christo rectè consenserit. Nam factus est Christus in propitiationem plenam, quæ iudicio damnanti locum non relinquit. Vnde quod Ansberrus l. 3. in Apocal. notauit, tractans illud, *Iris erat in circuitu sedis similis visioni Smaragdinae*, arcus Ioanni exhibitus, & Christum noui Testamenti pacarium exhibens, non erit multicolor, sed viridis dumtaxat:



etiam: ut per eum propiciata diuinitas ostendatur, patetque indicia per aquam & ignem, quæ illis ordinate Iridis coloribus representari existimatur, abolita esse per Christum, si per nos non fecerit.

Sed reddamus eiusdem Anselmi eo loco sententiam, de arcu propitiationem Dei per Christum designante. [Iris inquit] Græca Latinaque lingua arcus vocatur, qui in die pluuia apparere videtur. Et quid per hanc, nisi reconciliatio mundi designatur, quæ per Incarnati Verbi dispensationem facta cognoscitur? hoc certe si soletur inspicitur, effectus ipsius Iridis indicare videtur. Arcus itaque tunc apparet, cum radijs Solis imbricatus fuerit nubes illustrata. Sole igitur nubem illustranti, Iris, id est, arcus apparuit, quia videlicet cum Patre Verbum, quod candor est lucis æternæ, ac Sol iustitiae, humanam suscipiendo illustrauit naturam, ipsi humanitatis eius suscepio, quæ profectò nobis à Propheta vocatur, reconciliatio facta est mundi. Bene autem imbricatus, quia nimium prædicationum copiosus plena. Congruenter siquidem ad reconciliatorem humani generis in nouo testamento arcus si quædam apparuisse describitur, qui in veteri quoque in nubibus à Domino positus intelligitur, ut post inuentionem diluuij, per eum terris pax reddita cognoscere videretur. Cui videlicet nomini, si vna in fine additur litera, & *iris* dicatur, vetique hoc ipsum interpretatio sonare videtur. Nam Græco vocabulo *iris* pax appellatur. Insulsiuitatem huius Grammaticæ quæ adhibetur à Tychonio sumptis, iam superius explosi hoc ipso capite. Nec cautiùs sanè aut accuratius sic scriptum de nomine Iridis Rupertus l. 4. in Genes. c. 36. qui Christum Iridis præsignatum probans, argumetur ipse quoque, ex notatione nominis *Iris*, quod Græcum esse videtur, & pacem sonare. At liquet quid à vero abhorere. Est tamè verissimum, arcu præsignatum esse Christum patrem nostrum, idque ea ibidem Rupertus ratione optime confirmatur. [Christi filij Dei arcus iste qui in nubibus apparet, signum est, in eo quippe multi quidem & penè innumeri colores videntur, sed præcipui sunt & magis hi duo apparent, caruleus & igneus. Caruleus, aquæ depositum quo visibiliter abluimur; igneus Spiritum Sanctum significat, quo inuisibiliter peccata nostra conuincuntur: ut ab utrisque secedamus, & ab illis qui præterito aquæ diluuiio perierunt, & ab illis qui futuro ignis iudicio perituri sunt. Igitur signum fœderis, id est signum filij Dei, & propter electos indicatur, & super reprobos indicatur, arcus iste est in nubibus cæli. Et istud quidem, signum est in nubibus quod non adiciat Deus vltimam perdere aquis diluuij neminem carnem: ipse autem Deus quem nubes suscipit, quique vltimam nubem, & super omnes cælos eleuatur, signum æternæ recordationis est in oculis Dei Patris, & sempiternum memoriale nostræ pacis: ut iam postquam ille in carne sua inimicitias soluit, firmæ sint amicitie Dei & hominum, non iam seruorum, sed amicorum & filiorum Dei.]

397. Et vbiq; sanè in scripturis, Iris tanquam misericordie diuinæ symbolum ponitur. Itaque quod Christus Iridis exhibitus statuitur, plena per eum diuinæ misericordie effusio adumbrata est. Sed illud est consideratione dignissimum, Iridem in arcus formam fœce semper conformari, nec excedere semicircularem ambitum. Erroris autem crassi esset, arbitrari alterum semicirculum fundi in alterum hemispherium, nec in nouo terminari Iridem. Similiter ergo, cum Christus & diuina per eum misericordia exprimitur per Iridem, extra dubium esse debet, non esse Christi misericordiam extra hoc hemispherium sperandam, nec nisi in hac vita Deum cuiquam propitiari posse per Christum, quoad diuinæ amicitie & salutis ademptionem.

Theoph. Raynaud. Christum.

### Vsu doctrina.

Et hinc erui debet vsus doctrinæ propositæ, qui præsertim in roboratione fiduciæ ex huius testis in cælo fidelis contuitu, debet consistere: sed intra terminos fiduciæ legitimæ, quæ scilicet iuxta præscriptas diuinitus leges concipiatur, nec sit partus impudentiæ. Et hæc spectasse quod Deus finito diluuiio arcum suum posuit in nubibus cæli, notauit. Adde in chronico, ætate 2. existimans signum id fuisse diuinitus datum fiduciæ ab hominibus concipiendæ, quod nunquam peridendi sint à Deo irato, per aquas eluionis vniuersalis, & excidium œconomienicum, ob interpositam satisfactionem Christi ex duplici natura compacti; quæ est etiam arcus compositio. Sed & arcus à Sole dumtaxat splendet, & in eo Sol ut in sua imagine conspicuum se prodit. Idem Prophetæ, radijs venturi Christi tanquam Solis iustitiæ colluxerunt, & qui in has nubes cum fide defixere oculos, signum diuini fœderis acceperunt.

His pridem conscripris, & ad prelum paratis, incidi in opus R. P. Iosephi Filere, cui titulus *speculum sine macula*. Eius operis parte 4. c. 23, per sectiones septem, cum Cardinalia quæque fidei Christianæ capita, tum nominatim Incarnati Verbi mysterium, Iridis expressum esse, sect. 2. & 3. pulchre traditur. Lucubratio est, in qua pietas & eruditio cum concinnitate certant. Ed amando Lectorem plurimum in hanc rem audiam, quem non tædebit legisse.

### C A P V T X.

*Christi productio, salis immisso in vas nouum ad sanctificationem aquarum.*

**A**ludos, (ut vides,) ad factum Elisæ, quod describitur 4. Reg. 2. vbi refertur, sanctum virum querentibus filijs Prophetarum de sterilitate aquarum Iericho, aquam inde haustam commiscuisse cum sale in vase nouo, sicque sanasse aquas.

*Christus, sale aquas sanante, expressus, ex PP.*

392. Hoc fuisse symbolum effectiois Christi, & bonorum nobis per eum collatorum, ex aliquot Patribus demonstro, dimissis innumeris.

S. Augustinus l. contra Fulgentium Donatistam, sic habet. [Gratias Deo Patri, qui quod futurum ostendit, in nobis fidelis impleuit. Gratias, inquam, Deo patri, qui nobis non Angelos solum, non Prophetas, sicut prius in Hierico nostram, id est, in hunc mundum, sed proprium filium destinauit; dominum videlicet Angelorum, & principem Prophetarum, Qui aquarum sterilitatem, hoc est, gentium infœcunditatem, discussa morte sanaret. Accepit vas fictile, hoc est corpus fragilitatis humanæ: sal misit, id est, sapientia diuina repleuit. In aquam proiecit, hoc est in Iordanem descendit. Aquas suo descensu sanauit, id est gentes suo aduentu redemit, & maritante sermone, Ecclesiam ex gentibus congregauit, & in fœtus vberes longè latè que diffudit.]

Hugo Victor. t. 3. l. 2. miscellan. titulo 110. [Aquæ Hierico pessimæ erant, & terra sterilis. Rogatus ergo Elisæ eas sanare, misit sal in vas nouum fictile, & demersit illud in flumen, & sanatæ sunt aquæ pessimæ, & terra sterilis. Terico, sunt populi mali & à fructu boni operis aridi. Vas nouum fictile, vel sancta quæ fuit vas nouum per virginitatem, & fictile quia terrenum. Vel vas nouum; Christi caro est: noua quia sine peccato, noua generatione creatione creata est, id est de matre sine patre, quæ est quarta & nona generatio: & fictilis, quia mortalis. Sal autem est Sapientia, Verbum sci-

Kk 2 licet



licet patris. Sal iste, dum mittitur à Deo Patre in vas novum, id est, in uterum Virginis, vel in carnem assumptam de Virgine, ubi latuit divinitas tanquam in vase; sanatae sunt aquae, id est gentes, quae receperunt vas, in quo est sal; id est, Christum in quo est divinitas. Nam sal in vase, divinitas in carne est. Vas habens sal in aqua, est Christus Deus & homo in nostro genere.]

Petrus Cellensis l. de panibus cap. 12. [Ierico steriles habebat aquas, cum Eliseus sua benedictione nondum illas sanaverat: qui veniens, & à filiis Prophetarum querimoniam super aquarum malitia suscipiens; in nouo vase aquam cum Sale commiscuit, & aquarum sterilitatem propulsavit. Sic, sic humana natura, iuxta defectum suum, fidei & bonorum operum viriditate carens; filij altissimi in adventu, ab ariditate sua, liberata est, & multum delectabilis ex successu virtutum redita. Vas enim fictile & novum; novum est corpus Christi de Virgine sumptum. Sal infusum aquae, divinitas unita corpori, anima mediente. Sic aqua sanavit aquas; sed aqua cum sale, aquas cum sterilitate, sed aqua benedictionis, aquas profusae maledictionis, sed aqua dulcis, aqua totius amaritudinis.]

393. Chromatius in cap. 5. Matth. ad illud vos estis sal terrae, multa de celesti sapientia quae Christus est, humanum genus saliente, praefatus subdit. [Adhuc huius salis gratiam ac virtutem; etiam in libris Regnorum invenimus praestentam. Cum in Hierico essent aquae malignae, quae steriles faciebant; petrus est sanctus Eliseus Propheta, ut ipsius aquis remedium salutare praeberet. Tunc sanctus Eliseus, celestis mysterij non ignatus; dixit afferri sibi vas fictile, & mitti in eo salem. Et venit, & misit salem ad exitus aquarum; & sic sanata sterilis natura aquarum, in fecunditatem mutata est: quod in Sacramentum futurae veritatis gestum, manifesta ratione cognoscimus. Nam per aquas, Gentes significari; evidentem Apocalypsis retulit, dicendo, *Aqua quas vidisti populi & Gentes, & turba, & nationes sunt.* Quae aliter sanari, vel remedium salutare accipere non poterant, nisi sal, in vas fictile mitteretur; id est, Dei Sapientia, humanum corpus acciperet. Quae postquam ad exitus aquarum (id est; ad exitum mortis humanae) salutis nostrae causa pervenit; tunc omnium credentium natura quae fructu seminis sterilis erat, in fidem iustitiae ac fecunditatem mutata est. Unde non immerito, Dominus, Apostolos suos sal terrae appellat, quos divina, ex se, & celesti Sapientia replevit. Sic autem eos sal terrae esse testatus est, sicut lucem mundi. Nam cum ipse lucem mundi se esse professus sit, tametsi etiam discipulos suos hoc nomine voluit nuncupare; non auferens sibi quod suum est lumen, sed largiens: quia lumen verum & aeternum, quod suum est; sine aliquo detrimento propriae naturae largitur.] Affinia habet Isidor. Pelus. l. 1. Epist. 16. & Honorius in Gemma animae lib. 1. cap. 157.

Suppledit porro postremis verbis propositis Chromatius, insigne monitum, quo omnia quae de sale in Scripturis & Patribus ad Apostolos & Apostolicos viros aptata compertimus, licebit multo potius ac principalius ad Christum referre; siue salis substantiam & effectum, siue usum quem habet, consideremus. Nam enim Apostoli & Apostolici viri, cum salis nomine sunt donati, audieruntque à Christo, vos estis sal terrae, salis terrae appellationem, Christo abrogaverunt. Sicut cum ibidem dicuntur lux mundi, non abdicaverunt Christo decus illius tituli, quo se ipsemet co-honestat, cum dicit, *ego sum lux mundi.* Sicut igitur etiam Christus vocat Apostolos mundi lucem, verius tamen ipse & principalis fuit lux mundi; ita licet vocaret Apostolos salem terrae, potuit etiam ipse, & quidem multo maiore ratione, sal terrae appellari. Imò rem ad vinum refecundo, nec Metonymicè sine causa

licet loquendo, sed formaliter & propriè, non Apostoli fuerunt lux mundi & sal terrae, sed Christus solus. Dicebantur quidem Apostoli lux mundi tanquam phosphori & bauli lucis, alteri subiecto insitae; non tamen ipsi formaliter lux mundi erant, sed Christus. Similiter ergo dicebantur etiam Apostoli sal terrae, quia salem celestem terrae inferebant. Ceterum non erant ipsi sal illud, sed Christus Dominus, cui proinde principalis ac praecellentiùs tribuenda sunt omnia, quae de sale celesti illata in terras, Scripturae aut Patres prodiderunt. Ego tenoco ad duo capita, confectio-nem, & finem seu usum.

#### *Solis compositio & confectio, Christo aptata.*

394. Compositio salis, eiusque confectio, eiusmodi est, ut aptissime in Christum cadat. Describit salis confectio Plin. lib. 37. cap. 6. pulchre in hanc rem differens; nec non Manilius l. 5. illis versibus.

*Quin etiam magnas poterunt celebrare salinas  
Et pontum coquere, & ponti fecerere virum.  
Cum solidum certo distendunt margine campum  
Appellante suo deductum ex aqore fluctum  
Claudendoque negant: Vnum demum suscipi undae  
Area: tum pontus per sedem humore nitescit.  
Congeritur secum pelagus, mexique profundi  
Conitres emoti maris, spumaque rigentes.  
Ingentes faciunt tumulos, pelagique venenum  
Quodque erat usus aquae, succo corruptus amaro  
Vitali sale permixtum, redduntque salubrem.*

Rutilius non minus appositè l. 1. Iguerata v. 475.

*Subiecta villa vacat aspectare salinas,*

*Namque hoc censetur nomine salsa palus:  
Qua mare terrenis decline canalibus imrat,  
Multifidusque lacus, parvula fessa rigat  
At ubi flagrantem admonet Sirius ignis,  
Cum pallent herbae, cum sitit omnis ager  
Tum castrorum claustris excluditur aquor,  
Ut fixos latice horrida daret humus  
Concipiunt aërem nativa conghula Phœbum,  
Et granis aestivo crusta calore coit.*

*Haud aliter quam cum glacie riget horridus Ister,  
Grandiæque astricti flumine plaustra vehit.*

395. Hæc naturæ miraculum, durati Sole ponti, & aquarum calore in salem rigentium, Christiani quoque DD. agnoscunt, & mysticè accommodant. Nos facile ad Christum aptabimus. *Natura salis* (ait Christianus Drum.) *per aquam, per calorem solis, per flatum venti constat; ex eo quod fuit, in alia speciem generatur.* Principia hic intrinseca & extrinseca salis deprehendimus Christo perbellè convenientia. Quod enim ait, salem ex aqua & calore progigni, id ipsum esse videtur, quod dixit S. Hilarius cano. 4. in Matth. [Sal est in se vnum, continens aqua & ignis elementum, & hoc ex duobus est vnum.] Aqueam quidem salis naturam, prodit eius liquabilitas. Igneam verò, monstrant effectus salis, ut appetentia quam conciliat, & pruriginis quas citat. Idcirco enim S. Basilus lib. de vera virginit. increpat Ascetas illos, qui cupidi continentiae tuendae, salem passim adhibebant ad victum; ita ut repudiatis ceteris omnibus, solo pane salis perspersione condito, vescerentur. [Non intelligunt qui sunt eiusmodi, (ait S. Basilus,) sales cum sint per naturam fecundi, ac per acrimoniam vim corpori pruriginis excitent, plus ceteris ad libidinem coitumque provocare.] Sanè maris aquae falsedo non aliunde oritur, quam ex habituum adustorum admistione divinitus facta in orbis molitione, ad piscium & maris putredinem inhiendam, ut optime attigit Theoph. Antioch. l. 2. ad Anol. & Damasc. 2. fid. c. 9. nosque suo loco multis prolatis experimentis probavimus, vix vilo posterioris ætatis Philosopho reclamamus; præter Maiorem in 2. d. 14. quæst. 15. concl. 2. ridiculè argumentantem ex eo quod

Deus



Deus in mundi initio non fecerit mulam. Sed hac lite alio oblegata, certa & nunc receptissima sententia de causa salcedinis maris, ea est quam diximus nimirum ad-  
mittio multarum adularum exhalationum. Hæ autem ignem illum salis conditionem manifeste ferunt; quem etiam quoad alia salia fuisse prosequitur Vales. 677. hierophylicæ. In aquea igitur natura, humanita-  
tem; in igne confectio, diuinitatem, quæ sunt extrema Christum componentia, licet agnoscere.

Non esset autem operosum, salis quoque fossilis cui comparari videntur Apostoli; quodque verè dari, (li-  
cet negare videatur S. Hilarius,) indubitatum est, prin-  
cipia materialia similia agnoscere, & accommodare Christo: illudque insuper quod in eo suspicit Petrus  
Clementis Epistola contra Petrolus. ad 4. caput quod  
est de Eucharistia. In Orientalibus (inquit) Hispania  
partibus, rari natura profert exemplum, imò quan-  
tum ad remotiorum hominum cognitionem, propo-  
nitur miscelam, quod prius audiens vix credidi: sed  
post audieram videns, dubitare non posui. Extant in  
regionibus illis salita, ut ita dicam, vel salia montana,  
que pro saxis vel rupibus lapideum sal continent; sic-  
que perlocum, ut quia gemineam preciosorum lapi-  
dum claritatem æmulatur, *salis gemma* vocetur. Quod  
non perspicuitate quàm vilitate & marino, putreli, om-  
ninoque salis præpositum, de montanis illis multo labo-  
re sub ioculis eruitur, & remotis quibusque pro magno  
emere datur, aut pro magno lucro venditur. De  
quibus montibus cum diuinus rusticorum labor lu-  
ci audus, multam lucidi illius lapidis quantitatem  
erexit: & erendo fossas multas ex sale inanes reli-  
quit, processu temporis pluuiæ inundatione fossa-  
rum illa vacuitas repletur, ac repleta post paululum in  
nauem illius, cui admiscetur, lapidis commutatur.  
Tali recompensatione effusus mons, penè annuatim  
dimis illata restituitur; & quicquid de lapide amisit,  
aqua in lapidem conuersa, compensat. Fit ergo cœle-  
stis aqua, lapis terrenus. En compaginem Christi  
salis, ætæternæ & cœlestis substantia.

*Coniungitur principiorum materialium salis &  
Christi, correspondentia.*

396. Compositio itaque salis ignea & humida, ap-  
proximè Christum refert: qui ex aqua, id est huma-  
na, & ignea, id est diuina substantia coaluit: ut proin-  
de multo potiore iure de hoc mystico sale dicere li-  
ceat, quod à Platone in Timæo, dictum est de sale na-  
turali, quem dixit esse rem sacram, & à Deo amatam;  
utque se ex legis formula pronuntiare profuerit. For-  
tasse ex ea, quæ ut est apud Arnobium l. 2. *sub fin.* man-  
dabat sacras fieri mensas salinorum appositæ. Profana  
enim & Deo iniuncta habebatur mensa, si sal deesset. Vel  
potius spectauit Plato, in legibus Mosaicis valde ver-  
similis, ad legem sacram, vltim salis in omni sacrificio  
inducendum, ut infra monstrabo. Ut, ut sit, sal nostrum,  
omni iure, diuinum dicendum est, cum diuinam sub-  
stantiam contineat aquæ nostræ adiunctam.

Optimè quoque in eo valet, quod de sale corporeo  
spectatis eius principijs materialibus, verum esse affir-  
mat Aristoteles sect. 23. & 31. problem. neque quod  
oleum ex eo effluat, id quod quotidiana experimenta  
testantur. In salinis: siquidem, oleum salis mixtum col-  
ligitur. Ex ea item pinguedine & oleositate salis, pro-  
ficiscitur quod aqua salia, puta marina, ignem non ex-  
tinguit, sed inflammet magis, ut habet ex 23. problem.  
quæst. 7. & 13. & 32. eamque etiam esse causam faten-  
dum est, cur aqua marina fordes vestium & corpo-  
rum, non abluat. Vnde Odyssæ 3. Vlysses naufragus,  
& nudus in Phœacum litus eiectus, describitur maris  
saluginem fluuiatili aqua abluens: & Nausica Alci-  
noi Phœacum Regis filia, ibidem proponitur mandans  
ancillis, ut Vlysses spuma madentem æquorea, sumi-

*Theoph. Raynandi Christum.*

ne asperso abstergant. Videtis differentem de his salis  
ob oleositatem effectibus, Ioannem Langium l. 1. epist.  
medicorum in 28. Hic ergo olei effluxus ex sale, bel-  
lissimè cadit in salem mysticum, Christum Dominum,  
ratione principiorum eius materialium. Nam & pro-  
persona diuina, principiat cum Patre Spiritum sanctum,  
qui est oleum lætitiæ ex D. Ambrosio lib. 1. de Spiritu  
sancto cap. 8. propterea homo autem est causa & prin-  
cipium totius vnctionis nostræ omniumque gratiarum  
quibus perfundimur.

*Idem monstratur de principijs effectiuis.*

397. Nec minùs bellè Christo quadrant salis prin-  
cipia efficientia, quæ ex Chromatio adducebam: nempe  
cœlestis calor & ventus. Quanquam S. Chrysostomus  
in Plal. 96. Christianos, iure salis nomine insignitos ef-  
fice demonstrans, solius venti meminit. Christianum  
enim inducit, sic in Domino gloriantem. [Non iam ti-  
meo ictum virulentum: non enim sum ultra terra, sed  
sal. Serpenti enim dicit Dominus maledictus, *Ter-  
ram comedes iuxta dies vitæ tuæ.* Ante Christi aduentum  
terra etiam, comedebar à Serpente: ubi autem venit  
Dominus, in salem me mutauit. Dilce dilecte, quomo-  
dò sal sit, ut cum didiceris quomodo stat, te ipsum in  
re illa agnoscas. Sal ex aqua fit & vento. Sal meritò ap-  
pellauit nos Dominus, quoniam ex aqua & spiritu re-  
generauit.]

Non potuit commodius exprimi Christi effectio.  
Nam Christiani, ad modum quo Christus procreatus  
est, generantur; ut S. Fulgentius l. de Incarnat. cap. 20.  
optimè tradidit. Generatio ergo eorum tamquam sa-  
lium ex aqua & vento, est specimen generationis  
Christi, ex materna substantia sola, & Spiritu sancto,  
locum patris quoad efficientiam paternam supplente.  
Nec refert si adiunctum velis calorem cœlestem, quem  
omisit in salis procreatione Chrysostomus, attingi au-  
tem Chromatius. Nam in diuinis, idem spiritus qui  
venti specie adumbratur, & virginem secundaui,  
cœlestis calor est, ac ignis diuinus.

*Ritus sacri, Christiani & Hebræi, ad Christum  
saalem, spectantes.*

398. Est igitur Christus sal mysticum: idque signifi-  
care videtur Ecclesia, cum in templi consecratione sa-  
lem ac cinerem commiscet salem qui, e illum, delin-  
nare Verbum humanitati adiunctum, siue Christum,  
notat Honorius in Gemma animæ l. 1. cap. 157. & ra-  
tionem reddit, quia sicut per salem adiunctum, elucen-  
ta omnia lapida sunt, ita per Dei sapientiam Chri-  
stum, omnes sapere & intelligere acceperunt. Idem si-  
gnificat Ecclesia, eo baptismi ritu quem iam olim ac  
etiam nunc seruat, immittendi salem in os Catechu-  
meni: ita ut apud Indos hodie, gustasse salem perinde  
sit, ac factum esse Christianum; eoque passim Patres  
accommodant illud Ezechielis 16. *aqua non es loca in  
salutem, nec sale saluta.* Videtis bene multos quos in eam  
rem adducit Pamelius ad Tertullian. de Baptis. n. 1. cum  
de hac baptismi cerimonia, & Durantus l. 1. de ritibus  
cap. 19. num. 23. ac Vicecomes l. 2. de Baptis. cap. 42. Eo  
quoque Bernardinus Gomezius in opere de sale, pro-  
fessus se id à Cardinali Grauellanæ accepisse, refert  
nomenclationem *salitorum*, Burgundis tributam; quod  
primi inter populos Aquilonares, ad baptismum acce-  
fissent: approbatque eam expositionem illius Burgun-  
dionum epitheti, Marsilius Columna l. 2. hydraz c. 4.  
num. 46. Et quamquam non desunt, qui id sicut hoc  
tempore, ita & iam olim, summa esse malint peritum à  
salinis quæ plurimæ ac vberes sunt in Burgundia; ta-  
men expositio proposita, quæ à sale Neophytorum  
cognominationem illam petit, est valde probabilis:  
Hanc autem salis in os Catechumeni immitti nem

Kk 3

Christum,



Christum spectare, docuit disertè Smaragdus Epistola de Sabbato Pentecostes, dicens, conditi sale Catechumenos, ut Christum sapiant: quod sumpsit ex Isidoro l. 2. de officiis cap. 20. Eodemque reuoluuntur eundem ritum expendentes, Hugo Victor. lib. 1. de Sacram. fid. cap. 81. & Rabanus de instit. cleric. cap. 27. nec non Ivo Carnot. serm. de Sacram. Neophyt. qui aiunt, cum salem esse symbolum sapientie celestis. Quæ verò celestis sapientia, nisi Christus; de quo & quatenus Verbum est, valet illud, *fons sapientie Verbum Dei in excelsis*, & quatenus homo est, factus est nobis sapientia, iuxta Apostolum: Eiusdem significationis est ritus alius, quo ex Conc. Carchag. 3. cui S. August. interfuit, usus salis extra Baptismum pro Catechumenis adhibetur. Sic enim habet illud Conc. can. 5. [Placuit ut etiam per solemniſſimos Paschales dies, Sacramentum Catechumenis non detur, nisi solum sal, quia si fideles, per illos dies Sacramentum non mutant, nec Catechumenis oportet mutari.] Et solum sal. Non fuisset sanè sal illuc Catechumenis adhibetur, dictum solum sal, si solo baptismi tempore circa eos fuisset vsurpatum. Ipse quoque D. Augustinus, in catechumenatu dicit se sale fuisse conditum 1. Confess. cap. 11. [Signabat iam (inquit) signo crucis eius, & condiebat eius sale.] Audientibus, tamen procul aberant ab intinctione indebatur sal, ut frequens est apud diuinorum officiorum tractatores. Non omisit istud interminuta Sacramenta Catechumenorum, agens de eis sigillatim Albas. p. l. 2. obseruatione vltima. Manifestè itaque habetur, vulgare & frequens fuisse, ut circa Catechumenos, ea ceremonia qua Christus tam apud exprimitur adhiberetur, & quidem ut plerique obseruant, loco Eucharistie: ut scilicet qui Christum reipsa accipere nondum poterant, salem Christum typicum, in salis participatione acciperent.

399. Non videtur ambigendum, quin eodem spectare soleme olim præceptum, ut omnis victima sale saligeretur. Quam accuratè id mandatum esset, notauit his verbis Rupertus lib. 4. in Matth. ad cap. 5. circa illud, *vos estis sal terræ*. Sic enim scribit, agens de lege data in Sina. [Inter illius quæ tunc data est, legis mysticæ Sacramenta, diligentissimè salem commendat. Quicquid (ait) obtuleris Sacrificij, sale condies, nec aures sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Tertio repetit in vno eodemque Scripturæ loco commendat onem salis, ne forte primam aut secundam vicem non intellexeris, aut curæ non magni putes Deo esse, mysterium salis.] Libraturque etiâ inferius illa verba, *sal fœderis Domini Dei tui*, quæ apertius insinuant sal esse symbolum illius patris salis, id est æterni fœderis, quod Deus in Christo mundum sibi reconcilians nobiscum pepigit. Quid ergo aliud fuit velle omnem victimam sale saliri, quam significare nullum sacrificium posse esse Deo acceptum, nisi Christo sale condiretur, eiusque meritis perspergeretur? Chromatius non obscure venit in hanc mentem, sic scribens in cap. 5. Matth. [Deo dignos esse sale celestis sapientie conduntur, etiam dudum præcedente figura legis, ostensum est; quia omne sacrificium offerendum Deo, sale saliebatur. Quod ipsum Euangelista commemorauit dicendo: *Omne*, inquit, *sacrificium, sale salietur*, ostendens, cum hominem dignum verè sacrificium Deo fieri, qui celestis sapientie virtute esset infusus. Vnde non immeritò cum per Ezechielem Prophetam, Dominus, Ierusalem, (imo potius Synagoga) increparet; inter cetera ait; *Aqua non est loca, neque sale salita*. Pronuncians, quia neque gratiam baptismi salutaris ad abluenda peccata sua acceptura erat, neque fidem celestis sapientie suscepturam.] Celestis sapientia cuius fidem suscipimus, Christus est. Est igitur ipse quoque, sal illud cuius usus in omni sacrificio indicabatur. Specialiter autem mixtu-

ram salis ac cinerum vitule rosæ ad populi expiationem immolatur & crematur; ad Christum propter nos hominem ob passionem gloria & honore coronatum, pertinere, attingit optimè Honorius in Gemma animæ lib. 1. cap. 157.

#### *Salis effectus, Christo accommodati.*

400. Sed nullo ex capite patere melius potest, quanto iure Christus Dominus sal nostrum habeatur, quam si salis effectus spectemus. Eiusmodi enim sunt, ut mysticè spectati in solum Christum propriè & principaliter cadant. Et quia his effectibus finis salis continetur, expediemus eadem opera quæ spectant ad finem Christi, cuius contentionem cum sine salis, faciendam suscepimus. Est in primis summa & vniuersalis omnibus moralibus salis necessitas. [Sicut igitur sal hoc, (inquit loco allegato Chromatius,) id est sal terræ, indifferet omnibus opus est: id est Regibus ex potentibus, diuitibus & pauperibus, seruis ac Dominis; Sic & celestis sapientie Verbum quod per Apostolos prædicatum est, necessarium est iunctis ad vitam. Omnes enim secundum Apostolum, egent gratia Dei quia sicut præsentem hanc vitam non sine salis vso habemus, ita quoque illam vitam æternam, sine dono sapientie diuinæ adipisci non possumus.] Planè celestis hæc sapientia ab Apostolis prædicata, cuius gustanda tanta est necessitas, non alia est præter Christum. Idque mox Chromatius ipse disertè tradit, salem interpretans Dei sapientiam, quæ humanum corpus accipit.

Est præterea illa vis salis omnibus comperta, quod foetorem à corporibus depellit, abacta putredine, & prohibitis vermibus, ne in corpore ebulliant. Proprièque S. Macarius hom. 1. Apostolis tamquam causæ ministeriali salem Christum applicanti, tribuens hunc salis effectum, sic scribit. [Sal cum essent ipsi, condiebant & saliebant omnem animam credentem, sale Spiritus sancti. Dixit enim ihs Dominus *Vos estis sal terræ*, terram vocans, animas proborum hominum. Subministrabant enim animis hominum sal Spiritus celestis, condientes illos, & à putredine ac noxa ex multo factore vindicantes. Quemadmodum enim caro, si sale non sit confersa, putrescit, & multo foetore repletur, adeo ut omnes auertantur à graui odore; & vermes irreptum in carnem putridam, illicque pascuntur, comedunt & in euentulis delitescunt: Si verò superuenit sal, interficiuntur & percutit illic depascentes vermes, & grauis odor foetoris cessat: natura liquidem salis est, ut interimat vermes & foetorem tollat: Eodem quoque modo omnis anima, non condita. Spiritu sancto; celestique salis, hoc est, virtutis Dei particeps non facta, putredine vitiatur, ac foetore prauarum cogitationum copioso repletur, adeo ut auertatur facies Dei à graui foetore vanarum ac tenebrosarum cogitationum, & affectionum eidem animæ inhaerentium. Et noxi atque improbi vermes, qui sunt Spiritus malitiæ & potestates tenebrarum, in ea inambulant; illic pascuntur, delitescunt & repunt, arque eam devorant & corrumpunt: *foetorem enim præbuerunt, & putrescunt in viribus malis*.] Quod Apostoli ministerialiter tantum præstabant, hoc Christus ad modum causæ in suo ordine principalis, exhibitione Spiritus sui præstare mortalibus, putrefactionem eorum inhibens, cum quod omnia generatim peccata, tum quod peculiariter considerat Rupertus l. 4. in Matth. ad cap. 5. quod carnis maculas, à quibus innumeri per Christum salem sunt liberati; ita ut fœnes pueri viderent, & per longissimam ætatem incorrupti ac integri perseverarent.

401. Est sal symbolum incorruptibilitatis; & hanc ob causam iustum fuisse, ut omnis victima sale aspergeretur, sic docet Philo l. de victimis offerentibus. [Sequitur (inquit) aliud præceptum; *omni oblationi salem adhibebis*, quo significatur (ut antea dixi,) æterna durabilitas.



salutis. Sol enim conservator est corporum, secundo post animam ordine. Nam sicut anima causa est incorruptionis corporum, sic sal quam diutissime cuncta ea, quæque quodammodo immortalia. Ideo Scriptura vocat hic *thysiasurum*, eximio nomine *παρὰ τὸ ὁ σώζων*, *homo*, id est à conservandis victimis.

Eandem ob causam, pactum æternum & semper perpetuum dicebatur *pactum salis*, ut liquet ex 2. Paral. 13. & ex Numer. 18. ubi Caietanus, nescire se facere, cor pactum semper duraturum, nominetur pactum salis. Sed ratio est ea quam attigi, cum Peterio Genes. 19. num. 25. Eamque ob causam non in sacris tantum sed etiam apud profanos, fœdera conditis sale victimis perficiebantur. Videtur tunc pactum 7. aduer. fac. 13. & salente mica: Vel in illud Aeneidos 12. *dant fruges manibus salis*: aut Aeneid. 7. ad illud, & *salis fruges*. Eandem insuper ob causam Origenes l. 8. contra Celsum *sub finem* ait viros probos esse sal terræ, quia per eos conservatur mundus: quod probat ex illis paucis, quibus, si reperirentur, salutem quinque virorum celebratum sponderat Deus. Videtur allusio: si ad insignem Philonis disputationem l. de migrat. Abrahami *sub medium*, ubi virum probum celebrat *conservatorem orbis*. & *fulcrum humani generis*, vultque concipi vocem eius in columitate, quod tali viro fuisse nihil admodum timendum sit orbis excidio, & corruptioni. Expressit Philonem quoque S. Ambrosius l. 2. de Cain. cap. 3. & l. 1. de Abrah. cap. 6. illam causam per virum iustum à corruptione præservatorem, patet exponens. Hoc verò est, virum iustum esse saltem terræ, ut affirmabat Origenes, Christus ergo per suam vitam & immortalitatem concilians, meritum cum sal componitur. Quo etiam fuit quod Goropius l. 4. Homotenz, observat, salem, lingua Cymblica idem esse quod salutem. Est autem Christus, salus nostra. De viuentio hoc argumento, concinne & eruditè de more Bernardinus Gomezius l. 5. de sale à n. 13.

#### Vsus doctrina.

401. Saliamur & nos hoc sale, si volumus esse Deo accepti: idque ut assequamur mactandi primum à Christo Pontifice sumus. Bene id animaduertit S. Marcus hom. illa 1. cum effectum salis cœlestis in anima descripsisset. (Propterea (inquit,) etiam in lege, exemplum dedit Deus, iussit omnes victimas sale saliri. Oportet igitur primum victimam mactari à sacerdote, & mox, & tunc dissectam sale condiri, deinde sic igni imponi. Nisi enim prius mactet & occidat ovem saltem, non salitur, neque ad holocaustum Domino adiacet: sic & nostram animam accedentem vero Pontifici Christo, oportet mactari ab eo, & cogitationibus ac pessimæ vitæ, cui vivebat, hoc est, peccato mori, & tamquam vitam oportet ex ea egredi prauas affectiones.)

Neque verò saliri dumtaxat, sed & sal effici iubemur, quales Christus Apostolos effecerat, quibus dixit, *vos estis sal terræ*, & unicuique incumbit, cum à seipso putredinem & insulsum arcere, tum alios condire, & corruptos præstare pro viribus. Et quidem id præstat minus pastorem, & insigniter omnino profectum S. Gregor. hom. 17. in Enang. ostendens sacerdotem in populis, debere idipsum esse quod est brotis animalibus petra salis, quam lambendo, sapore æternæ vitæ condiantur. Tamen proportionem servata, idem quilibet incumbit. Nec abs te, ut notat Orig. hom. 6. in Ezech. opponitur animæ cuius peccatrici, quod non sit sal saluta, & effecta sal. [Et hoc, (inquit,) etiam est Ierusalem, quia non fuerat digna sale Dei. Ergo si credidero Domino meo Iesu Christo, ipse me sal faciet, dicteque mihi, *Vos estis sal terræ*: Si credidero Spiritui qui in Apostolo locutus est, sale condior, &

possum præceptum custodire, dicens; *Sermo vester sit semper in gratia, sale conditus*. Grande opus est insaluti. Qui sale conditur, gratia plenus est. Nam & in communi proverbio, *salus dicitur gratia*, & è contrario *insalus* qui non habet gratiam. Si igitur gratia nobis à Deo venit, & complemur dono eius, sale salimur.]

#### Cauenda salis nostri liquatio, & infatuatio.

403. Vnum tamen est, quod huic sali cauendum mandat Breuiarium fidei contra Arianos, *ferè in fine*, nimirum ne qui ex aqua coaluit, in aquam denud mittatur, ni velit liquecere, & resolui in nihilum: hoc est ne qui per baptismum natus est, & ad Christi lucem peruenit, denud baptismum tingatur, quod tunc præstabant Arianæ. Quia tamen ab anabaptismo, per Dei gratiam non multum est discriminis hoc tempore, atroxam potius vnum quod Christus ipse commendat: nimirum qui sal effectus sit, caueat ne infatuetur & evanescat: vnde consequetur ut ad nihilum ultra valeat, nisi ut mittatur foras & conculetur ab hominibus. Hoc quid sit, declaro verbis Chromatij loco sæpè notato. [Infatuari (inquit) eos ostendit, qui cum semel per fidem & sapientiam cœlestem eruditi, fideles ac stabiles debeant permanere; relicta fide & sapientia diuina, aut in hæresim ruunt, aut ad stultitiam Gentilium redeunt. Et ideo ait; *Si autem sal infatuatum fuerit, in quo conditur?* Quia infatuati fraude Diaboli, huiusmodi homines; amissa fidei gratia, evanescunt. Qui cum potuissent etiam alios non credentes, adhuc à fide alienos, diuinæ prædicationis Verbo condire; etiam sibi inutiles extiterunt. Denique Iudas Iscariotes, de huiusmodi salibus fuerat; Sed posteaquam diuinam sapientiam probauit, & de Apostolo apostata, factus est; non solum alijs prodesse non potuit, sed & sibi miser, & inutilis factus est. Et ideo addidit Dominus dicens; *ad nihilum valet, nisi ut projiciatur foras & conculetur ab omnibus*: quia huiusmodi iam non fideles ac domestici, sed proieci ab Ecclesia, ut extranei, & fidei hostes habendi sunt. Vnde & Iudas de domestico fidei, inimicus factus est veritatis. Proiecti itaque huiusmodi extra Ecclesiam; necesse est ut diuersis vitij carnalis & varijs volupatibus seculi conculecentur: Et hoc est quod ait, *ad nihilum valet, nisi ut projiciatur foras & conculetur ab omnibus*. Quid sit autem *conculeari ab omnibus*; etiam Salomon in libro suo retulit, cum de muliere meretrice loqueretur. *Mulier (inquit) fornicaria, quasi stercus in via ab hominibus præteruentibus conculeatur*. Quia igitur conditi iam sale Apostolico sumus; in tali ac tanto condimento gratia Spiritus permanere debemus, ut ipsi quoque sal terræ nuncupari à Christo Domino nostro mereamur.]

Agnouit se salem infatuatum, sicque se nominauit Ecebolus ille Sophista in fide & religione Proteus: nempe Constantino magno regnante feruens Spiritu, (in speciem,) Christianus: mox Iuliani nebula subortâ, Ethnicus: iterum eo diuinitus prostrato, persona Christiani. Testatur id Socrates l. 3. hist. cap. 11. additque Iuliano mortuo reuenientem simulare ad Ecclesiam, abiectis se in sacra ædis aditu, sic vociferantem, *Me quasi salem inspiciam conculate*. Felix si ex animo atque constanter infatuationem suam deplorasset: sed subdit Socrates. [Ecebolus, sicut antea leuis & inconstans fuit, sic postea permansit.]

Quin etiam salem effici, (quamvis non infatuat,) accipitur quandoque in malam partem. Idcirco enim vxor Loth versa est in statuam salis: ut Rupertus observat l. 6. in Genes. c. 12. facta sibi nimirum inutilis, at exemplo suo condians alios ne regrediantur à cœptis bonis. Quanto feliciores qui sunt sal terræ. Talis S. Augustinus iuxta S. Paulinum epistola 41. [Verè sal terræ, quo præcordia nostra, ne possint seculi errore vaneſcere, conduntur.]



## CAPVT XI.

*Christus in productione sua, lapis de monte sine manibus, ad conuerendam statuam, iniquitatis imaginem.*

404. De Christi productione, & effectibus in bonum nostrum, prænuñciasse Danielem sub typo lapidis de monte præcisi absque manibus, & comminuentis statuam in quam incidit, certa est sententia grauissimorum Patrum, quibus perpauci refragati sunt, referentes abscissionem lapidis ad secundum Christi aduentum, sed minus probabiliter, ut ex dicendis liquet. Ut autem in confirmanda communis sententia, perspicue & ordinatè procedamus, tria primò nobis consideranda sunt, ad Christi productionem spectantia: nimirum de quo monte hic agatur, quis sit lapis ex eo abscissus, ac demum quomodo sine manibus. Quibus expositis, subiiciemus de effectu lapidis abscissi cadentis in statuam, eamque comminuentis.

*Varie expositiones montis, de quo lapis apud Danielem, abscissus est.*

Montem de quo lapis abscissus est, impurissimus Hæreticus Vigilantius, dixit esse Diabolum. Audi S. Hieronymum epist. 75. quæ est ad ipsum Vigilantium. [Ego reor, & nomen tibi *natærioparum*, impositum: Nam tota mente dormitas, & profundissimo non tam somno stertis, quàm Lethargo. Inter cæteras quippe blasphemias quas ore factilego protulisti, ausus es dicere, montem, de quo abscissus est à Daniele lapis sine manibus, esse Diabolum, & lapidem Christum: qui quia assumpsit corpus ex Adam, qui Diabolo ante per vitia cohererat, natus esset de Virgine: ut à monte hoc est, à Diabolo hominem separaret. O præcedendam linguam, ac per partes, & frustra lacerandam! Quisquamne Christianus Deum patrem omnipotentem in personam Diaboli interpretatur, & tanto piaculo totius orbis aures maculat? Si interpretationem tuam, quisquam non dicam Catholicorum, sed Hæreticorum, siue Gentilium, nunquam recepit, pium sit, quod locutus es. Sin autem tantum nefas nunquam audiuit Christi Ecclesia; & per tuum primò os, ipse se montem interpretatus est, qui dixerat: *Ero similis Altissimo*: age penitentiam, & in sacco versate, & cinere; & tantum scelus iugibus absterge lachrymis. Si tandem tibi dimittatur hæc impietas, & iuxta errorem Origenis tunc veniam consequaris, quando consecutus est & Diabolus, qui nunquam plus, quàm per os tuum, & deprehenditur blasphemasse.]

Facessat igitur tam horrenda impietas. Sunt aliz nonnullæ montis illius interpretationes, quæ minus mihi probantur. S. Ambros. serm. 70. in fine, montem hunc cuius meminit Daniel, interpretatus est æternum Patrem. Exponens enim visum B. Eusebio oblatum, quod de monte ad montem volaret; ait, nihil aliud id præsignasse quàm transitum de gratia Saluatoris ad gloriam Patris. Ipsi enim sunt montes, sicut dixit Propheta *Mons de monte, sine manibus concidentium*: hoc est Filius de Patre, absque vilius creationis accessu. Sed est singularis interpretatio, nec cum litera cohærens. Non enim Verbum fuit primò paruum, postea magnum, & implens terram, quod de lapide abscisso affirmat Daniel. At si lapis abscissus non est Verbum; mons vnde absconditur, non erit æternus Pater. Est qui allegat Hyppolitum orat. de Antichristo, quasi dixerit lapidem abscissum de monte sine manibus, esse Christum subito venturum è gloria Patris ad iudicium præter opinionem. Sed apud ipsum Hyppolitum, ea montis & defectus manuum interpretatio, non comparat.

*Vera expositio, montem illum esse Deiparam.*

405. Communis Patrum ac interpretum sententia, montem de quo lapis præcissus est, intelligi Deiparam. Attingam pleròque paulò post. Videri tamen possit refragatus S. August. serm. 12. ex 40. nouis, & tract. 4. & 9. in Ioan. & tract. 1. in Epist. Ioan. ubi montem è quo lapis abscissus est, interpretatur Synagoga, & lapidem abscissum accipit de Ecclesia Christiana, quæ ex Synagoga prodijt. Reuera tamen D. Augustinus, non refragatur communi expositioni, sed metonymicè quia ea quæ de vno quopiam membro sunt, toti mystico corpori accommodantur, & lapidem abscissum accipit de Christiano populo vnum faciente cum Christo, & montem vnde abscissus est, de Synagoga ad quam B. Maria spectabat, & interpretatur. Cæterum & illis ipsis locis, si attentè legatur, Deiparam montem & Christum lapidem exponit D. Augustinus, & alibi non semel in hisit eidem interpretationi: & nominatim orat. contra Iudæos cap. 12. ubi concidi de monte sine manibus concidentium, exponit Christum nasci de Virgine absque maritali complexu. Eadem interpretatio est, (ut præmissis) Patrum communis. Sic enim montem è quo lapis est abscissus, exposuit S. Irenæus lib. 3. cap. 28. S. Iustinus dialog. cum Trypho, Hieronymus, Theodoretus, ac Rupertus, Danielis 2. Epiphanius & Helychius homiliis panegyricis de Deipara & passim recentiores, præsertim S. Bonaventura t. 3. serm. 2. de nativ. Dom. Quanquam enim alios duos montes profert, ex quibus Christus abscissus sit; Iudaicum videlicet populum, & scripturam, tamen tertius mons è quo abscissum absque maritali opere Christum affirmat, nempe Deipara, is est cui præcipuè insisit.

Et esse sanè Deiparam, montem, pluribus Scripturis insinuatum est. Andreas Hierosol. orat. de Deip. eam componit cum mente Hermon. D. Adelphonius serm. 6. de Assumpt. cum Libano. S. Bernardus serm. de Annunc. cum monte, in quo beneplacitum est Deo, habitare in eo, Damasc. orat. 1. de nativ. Virginis, cum monte Sion confert Deiparam. Sic exclamans, [Exultate montes, hoc est ratione prædita natura, quæque ad Spiritualis contemplationis fastigium assurgitis. Si quidem charis Dei mons paritur, mons inquam ille, qui collem omnem ac montem, id est Angelorum & hominum sublimitatem exuperat, ex quo citta villam manuum operam corporeo modo excindi voluit lapis angularis Christus, vna persona, distinctas naturas copulans, diuinitatem nimirum & humanitatem, Angelos & homines, Gentiles & carnalem Israël in vnum Spiritualem Israël. Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Currus Dei multiplex, eorum qui diuinæ gratiæ copiis affluunt. Arx Syna sanctior, quam non fumus, non caligo, non procella, non terrorem incuriens ignis contegit; Verum illuminandi vim habens Spiritus sancti splendor. Ille enim Dei Verbum, tanquam Dei Spiritu, legem saxis tabulis inscribebat. Hic autem ex Spiritu sancto ac Virginis sanguine Verbum ipsummet incarnatum est, seque naturæ nostræ concessit. Illic manna: hic is qui manna ipsum suauitate donat.]

Euthymius ad illud Cantici Abacuc, & sanctum de monte vmbroso, sanctum interpretatus Christum, subdit de monte. [Mons verò vmbrosus & densus, est beata Virgo; mons quidem, tanquam omni creatura sublimior; vmbrosa etiam quia à diuina virtute, obumbrata est. Virtus enim, inquit, Altissimi obumbrabit tibi. Densus etiam esse dicitur hic Virginalis mons propter impenetrabile virginitatis mysterium.] Nec dissimiliter Athanasius q. 17. ad Antiochum, præfatus id quod Arnobius lib. 1. cum Serapione pag. mlii 336 latè prosequitur,







lapide ad caput posito, vidit apertis coelis scalam à celo in terram & Angelos ascendentes & descendentes. Hoc viso euigilauit, vixit lapidem & discessit. In illo lapide intellexit Christum, idè vixit. Videte ex quo prædicatur Christus: Quid sibi vult illa vñctio lapidis, præsertim apud Patriarchas qui vñctum Deum colebant? factus est autem in figura, & discessum est. Non enim vñxit lapidem, & venit illuc semper adorare, & sacrificia ibi facere. Expressum est mysterium, non inchoatum sacilegium. Et videte lapidem: *Lapidem, quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput arguli.* Et quia caput viri Christus, propterea lapis ad caput. Attendite magnum sacramentum. Lapis Christus, lapidem vñctum ait. Petrus ab hominibus reprobatus, à Deo autem electum; & lapis ad caput, quia caput viri Christus; & vñctus lapis quia à chrismate dictus est. Et videtur scala reuelante Christo à terra in cælum, vel à celo in terram, & ascendentes & descendentes Angeli. [Quæ de scala consequenter atroxit, fusiora sunt, quam vt hic adhiberentur: sunt tamen in hanc rem apostolicissima, & dignissima lectu. Breuiter sed scitè, eundem Christi typum proposuit Propter 1. p. de promissis, cap. 23. nec non Rupertus in cap. 1. Ioan. colummam eum lapidem vocat. Iustinus enim Trypho. N. z. orat. 20. num. 101. vbi insigniter Nicetas, scalam, Deiparam; lapidem, Christum exponens. Quæ de hoc lapide Christi typo habet S. Cyrillus l. 2. pentabiblici cap. 2. recitantur cum de titulo Christi seu Messie. Videtis insuper Chrysostomum conc. 1. de Lazaro, Hieronymum in Plal. 33. & Gregorium Nyssenum de vita Moïse.

409. Addit S. Cyprianus, typum item Christi fuisse alios lapides, de quibus in variis pñctis historiis. Quod breuiter eos attigerit, iuuet cum audire. [Hic est, (inquit,) lapis in Exodo, super quem sedit Moyses, in cacumine collis, quando Iesus Naue contra Amalech dimicauit, & Sacramento lapidis, & stabilitate sessionis, Amalech superatus est ab Iesu, id est, Diabolus à Christo victus est. Hic est lapis magnus in *Baruch* primo, super quem posita est arca testamenti, quando eam ab Allophilis remissam & redditam, in plaustris boues portauerunt. Item hic est lapis, in *Baruch* 1. Quo David fronte Goliaz percussit & occidit, significans Diabolum & seruos eius inde prosterni, victa scilicet ea capitis parte, quam signatam non habent. Quo signo nos & tui semper sumus, & vinimus. Hic est lapis, quem cum alienigenas Israël vicisset, statuit Samuel, & appellauit nomen eius *Aveniæ*, id est, *lapis auxiliator*.] Egregie de hoc lapide philosophatur S. Gregorius l. 4 in 1. Reg. c. luo 7. sic scribens. [Tollit Samuel lapidem vñctum, & posuit eum inter Masphat & Sen, & vocauit nomen eius *Lapis auditorij*, dixitque: *hic vsque auxiliatus est nobis Dominus.* Lapis in sacro eloquio, Dominum & redemptorem nostrum significat. Lapis verò vnus à Samuele tollitur, cum à sanctæ Ecclesiæ prædicatore, redemptoris fortitudo singulariter prædicatur. Qui profecto inter Masphat, & Sen præfigitur, quia in vita exiti electos, protegit, reprobos confringit. *Sen* quippe *excussio* dicitur. Excussi autem sunt reprobi, id est, à fidelium societate separati. Dum ergo vsque ad locum subter Beithchar Philistini cæli perhibentur, lapis inter Sen, & Masphat præfixus asseritur; quia dum electi Dei, victoriæ suæ titulum in fine percipiunt, redemptoris iudicio à malorum societate separantur. Et mox, [Samuel autem hunc lapidem in medium ponit: quia nobis Redemptoris nostri bonitatem, sanctæ Ecclesiæ Doctorem ostendit. Et quia omne quod à nobis in omni vita nostra prosperum geritur, diuinæ gratiæ adscribitur; præ ab eo lapis ille, qui in medio silitur, *lapis auditorij* vocatur. Ipse est namque lapis auditorij, qui si nobis subuenire noluerit, vinci possumus, vincere nequimus. De quo iam id medium posito dicitur: *vsque huc auxiliatus est nobis Dominus*: quia eius præsidia, ele-

ctos suos vsque ad æternæ retributionis tempora proteguntur.]

Nominatum quoque lapidem magnum qui Iosue 24. dicitur statutus contra Dominum in testimonium Iudæis, fuisse Christi typum, Iulius Firmicus obseruat. ut l. de error. profan. Relig. c. 21.

410. Religio sit omittere petram illam consequentem, quæ bis percussa, facta est populo in fontes aquarum. Eam enim petram fuisse Christi typum, Apostolus ipse docuit. Binam verò eius percussione, denotasse duo Crucis signa per quæ nobis salus ex hac petra profuxit, accipe ex S. Augustino q. 35. in Numeros. [Quod de petra, aquaeducta est, Apostolus Paulus quid esset exposuit vbi ait, *Et omnes eundem spiritalem potum biberunt. Bibeant autem de spiritali sequenti eis, petra autem erat Christus.* Significata est ergo de Christo profluens gratia spiritalis, qua interior his irrigaretur. Sed quod virga petra percussit, crux Christi figuratur, ligno enim accedente ad petram, gratia manuit; & quod bis percussit, euidentius significat crucem. Duo quippe signa, sunt crux.] Idipsum pulchre ex Seruieriani Gabaltani oratione retulit S. Damasc. referendus agendo de Christo capite.

Sed & petram super quam Gedeon sacrificium posuit, huc refert S. Aug. serm. 108. de temp. verbis illis. [Gedeon cum audiret, quod per eum Dominus plebem suam à multitudine hostium liberaret, obtulit in sacrificio hædum caprarum, cuius carnem secundum præcepta Angeli, & azyma, supra petram posuit, & in eam ius effudit. Quæ simul Virgæ cacumine, quam gerebat, Angelus Dei contigit, & de petra ignis erupit, atque ita sacrificium, quod offerebatur, assumptum est. Per quod indicium, declaratum videtur, quod Petra illa typum habuerit corporis Christi: quia scriptum est, *bibeant autem de spiritali consequente eis, petra autem erat Christus.* Quod vtique non ad diuinitatem eius, sed ad carnem relatum est, quæ sitientium corda populorum perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iam tunc igitur in mysterio declaratum est, quia Dominus. Iesus in carne sua totius mundi peccata Crucifixus aboleret, nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates animorum. Caro enim hæc, ad culpam facti referretur, ins ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est: *Quia concupiscit populus cupiditatem pessimam, & dixerunt. Quis nobis dabit carnem?* Quod igitur extenit Angelus virgam, & tetigit petram, de qua exiit ignis, ostendit quod caro Domini repleta Spiritu diuino, peccata omnia humanæ conditionis exureret. Unde & Dominus ait, *Ignem veni mittere in terram.* Adhuc igitur vir doctus & prælagus futurorum superna mysteria, & idè secundum oracula occidit vitulum à parte suo idolis deputatum, & septennem alium immolauit Deo. Quo facto manifestissime declarauit post aduentum Domini omnia abolenda esse gentilitatis sacrificia, solumque sacrificium Deo Dominicæ passionis pro religione populi deferendum. Etenim vitulus ille erat in typo Christi. Septem autem annorum erat, quia in Christo septem spiritalium plenitudo virtutum, vt Elias dixit, habitabat. Et inferius. [Petra illa super quam Gedeon obtulit holocaustum, Christus erat; sic enim, ait Apostolus, *Petra autem erat Christus.* Hædus ille qui oblatu est, humanum genus peccatis obnoxium designauit. Quod Angelus Virga sua tetigit petram, & exiit ignis; & consumpsit hædum illum: crux tetigit Christum; & de petra, quæ erat Christus, ignis exiit charitatis, qui humani generis peccata consumpsit. De ipso enim verus Gedeon Christus in Euangelio dixit, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur.* Taurus verò, quæ occidit, & ipse Dominus figurabat, qui pro Redemptione generis humani oblatu est. Quod autem septem annorum erat, septemplacem gratiæ Spiritus sancti, quæ in Christo venit, significasse videtur.]

Rumi



*Ritus sacer Christianus, lapidem Christum  
præferens.*

417. Inter sacros ritus Christianos, vnus est, quo  
Christi specie lapidis proponitur. Exhibeo illum ver-  
bis Rupert. l. 5. off. cap. 28. vbi agit de igne qui cer-  
tis diebus in Ecclesia excutitur è filice. [Lapis, cum  
istiusmodi ignem sic excipimus, Christum significat, quem  
lapis reprobatur et adificantes, qui factus est in  
igne, angeli. Vnde & in benedictione eiusdem ignis,  
notatio talis est: Deus qui pro filium tuum, angularem scilicet  
lapis, charitatis græ, eius fidelibus contulisti: produ-  
cent & filice, nostrum profectum vsibus nostrum hunc ignem  
sacratissimè. Preteritus quoque in hymno flos, qui  
cantabatur in taberno Sancto, cū dixisset, homines tamen  
nostros fixigens gemine quo: erre: vnde ostenderet fieri hoc,  
ad commemorandum illud, quod de lapide Christo  
committitur nobis ignis Sancti Spiritus, protinus adianxit;

Ne jaceret homo, spem sibi luminis  
In Christi solido corpore conditam,  
Qui dici stabilem se voluit petram,  
Nostri iconiculi vnde genus venit.

Lapis ergo quem percutientes, ignem elicimus, Christum significat, qui percussus verberare Crucis, Spiritum sanctum nobis effudit. ]

*Abscisso lapidis sine manibus, Christi ex  
Virgine ortus.*

111. Sequitur lapidis abscissio de monte sine mani-  
bus, quæ postpositi modo explicat Christi ex intracta Vir-  
gine procreationem. Sanè *ex cendi de monte, seu de petra,*  
iuxta Hebræam phasim idem est quod *gigni*: iuxta  
Arab. *laiz*, y. *Attende ad petram unde excisi estis &*  
*attendemus lacu de qua præcis estis: Attende ad Abrah-*  
*am patrem vestrum, & ad Saram que peperit vos. Ben-*  
*ediçionem seu lapid*, apud Hebræos dicitur *firmus*. Sed cum  
lapis & latumini excindi soleat multo ferriamentorum &  
manuum consilio, iuxta Daniel tanquam rem plenam  
metallorum; idem, quod lapis abscissus fit de monte sine  
manibus; ponit est Christus & Deipara abque viri opera  
factus: quod egregè illustrat appendicula cum qua  
S. Hieronymus, & S. Anbrofius, ac Augustinus, & Pro-  
p. de promiss. p. 2. cap. 3. legunt verba Danielis; nem-  
pe *signa manus concidentium*: quæ verba, ijdem Patres  
interpretantur de exclusionis operis nupialis. Quam-  
vis & abque eo additamento, idem est sensus, vt D.  
Augustinus pulchrè tradit serm. 12. ex 40. nouis, &  
tract. 4. in loan. rursum tract. 9. Docentè illa S.  
Hieronymi epist. 22. [Lapis Prædicator abscissus de  
monte sine manibus, significante Prophetæ, Virginem  
natauram esse de Virgine. Manus quippe accipiuntur  
pro opere nupitium, vt ibi, *sinistra eius sub capite meo,*  
& *dextera illius amplexabitur me.*] Opinè idem tradit  
Isidorus agens cum Thyryone, & S. Irenæus lib. 3.  
c. 8. vbi alius signat Feua ardentius.

Apud eundem Iulianum ibidem, non multis ante locum allegatum pagellis, & loco hoc Danielis con-  
fessus ad adulteratoribus scripturarum narratio pro-  
feratur de Malita, quem saxo progenitum fingeant  
adulteratorem, & quidem in pelunca. Nam [peluncam  
idcirco vocabant locum in quo discipulos initiabant;  
non esse in hoc incredibilia agnoscit, quoniam alias be-  
ne multis mimicas rerum Christianarum expressiones  
per Myrthen mysteria apud Tertullianam legimus c. 4. 6.  
videtur etiam Danielis loco deproptum fuisse aliud  
Ethnicum figmentum Dei ex petra nati, scribit Iulius  
Simplicius de errore profan. Relig. cap. 1. illud refe-  
rendum apud Ethnicos mystici symbolum *basis ex mitteris*,  
Sed quid si non loco Danielis adulterato depro-  
ptum sit hoc figmentum, sed ex illo Isaia 16. *Emite*

*agnum Domine dominatorem terra, de petra deserti ad montem filia Sion.* Mirabilis planè scetura. Nam lapides quidem gigni ex lapidibus, (vt memorant lapidum quibus est perfecta facultas, apud Naz. carm. de laude Virgin. n. 8.) auditum plerumque est quae iactantur. Animalia tamen, & quidem perfecta, similiter editi, insolentius est. Quamquam angues de saxis enatos, Lxx. Albertus confirmat exemplo. l. 2. de Archit. cap. 1. 1. De canibus & buffonibus similiter de petra editis, exempla habet Neubrig. l. 1. hist. Angl. cap. 1. 8. Sed catenu- la aurea circa collum buffoni sic edito circumdata, fan- taticum artificium in ea buffonis de petra procreatione vel educatione detegit, vt bene censuit Delrio 2. Mag. q. 4. sub initium. Agnum ergo cum legissent Mytha- gila edendum è petra, qui tertè dominator & Deus foret Sioni promissus, instigante Satana ad obscurationem Euangelicæ veritatis, vt ei non plus fidei haberetur quam himento nulla ratione subnixo, confinxerunt Michram saxo progenitum. An etiam alluserunt ad arietis pro Isacco immolari proflutum, imo vt non- nulli lunt arbitrati, procreationem è saxo, quam æquiu- suisse oriri de Virgine Christi imaginè, tradit S. Ephrem, orat. de Abraham & Isaac in fine. Cum futuri essent, (inquit,) homines increduli, qui fidem non præberent partui sanctissimæ Virginis, qua ratione poterit sine virili contactu concipere; quasi fieri non posset: idcirco ex rupe arietem produxit, vt quod admirabile erat, ex hoc fidem acciperet; & quod quidquid voluntas ipsius diuinitatis imperatur, subsistit protinus. Sicut ergo bibi folo verbo diuinæ voluntatis, ovis in rerum naturam prodijt: ita & in Virgine, Verbum caro factum est, Et quemadmodum ovis, in planta seu virgulto Sa- bec ligata hærebat: sic etiam vnigenitus filius, in cruce claus confixus pendeat. Propterea clamat Elaias, dicens: Sicut ovis ad occisionem ductus est sine voce. Non praesto quod vir sanctus ait, arietem hunc è rupe esse productum, Nihil enim est necesse tantum miracu- lum comminisci, cum facillè Angelica opera aliunde aduehi poterit aries. Tantum itaque refero quod fan- cto Ephremo visum, idemque in mentem venire po- tuit Ethnicis illis de quibus agimus, cum in hanc de arietis narrationem, legendo incidissent.

*Obtritus statua per lapidem eversio Idololatria &  
totius malitia per Christum.*

413. Vt tamen affirmatam, Iulius Firmicus occasio-  
ne loci Danielis in quo versatur, concinnatam hanc  
Ethinicam fabellam existimat. Eodemque insigniter ac  
commodat effectum lapidis in montem magnum cres-  
centis, móxque cadentis & comminuentis statuam  
implentisque terram vsuieram. Statuam namque Ido-  
latriam exponit, lapidem autem Christum. Hic lapis  
in montem crescit, imo in montem maximum, quia  
vt Orig. hom. 3. in Cant. latè persequitur vt Sancti &  
colles vel montes pro quantitate virtutis dici possint,  
ita Christus *mons montium* potest appellari, æque ac Rex  
Regum & Dominus dominantium. Concinnè S. Hi-  
larius in Plal. 14. [ Vt edificissimæ humi partes monte  
nuncupantur, ita necesse est in his quæ celestia sunt,  
maxima atque sublimia sub montis nomine opinari.  
Et quid sublimius Christo? Mons autem eius est illud  
quod ex homine corpus assumpsit, in quo nunc habi-  
tat, & sublimis & excellens super omnem principatum &  
potestatem & omne nomen. Super hunc montem ædi-  
ficata est ciuitas quæ non possit abscondi, quia sicut ait  
Apostolus: Non est aliud fundamentum nisi Christus.  
Ergo quis qui Christi sunt, in Christi corpore ante con-  
stitutionem mundi electi sunt, & Ecclesiæ corpus est  
Christus & fundamentum adificationis nostræ. Chris-  
tus est, & ciuitas super montē ædificata. Hic ille mons  
est, in quo queritur quis possit esse requiescens.]

Crenit igitur lapis abscissus, in montem maximum, non



non mole corporis sed virtutis quæ maximè se prodidit in contritione tot errorum, facta per Christi aduentum. Quare Firmicus cladem idololatriæ à Daniele sub eo symbolo lapidis statuum comminantis prænuntiata arbitrat. Quamuis enim cum ea scriberet, Constantio & Constante Constantini Magni filiis imperantibus, palpasse adhuc alicubi morientia idololatriæ membra testetur; addit tamen, quod noseffectu impletum videmus quoad terrarum spatia quæ ille nouerat, excidendam breui funditus esse idololatriæ molem vniuersam, & Christum orbe toto imperaturum. Hæc Firmicus fusè ac sapienter. Estque quod gratulemur seculis Christianis tantum eis beneficium obtulisse per Christum. Quid enim scèdus irrationalibus, indignius, quàm hominem lapidi & ligno accidere?

413. Alia præterea est interpretatio statuæ illius lapidis obtrita & comminuta quæ traditur ab Autore sermonis in illud, *Sapientia vincit malitiam* habetur sub fin. operum S. Bernardi: Nam tractans illud Apostoli, *Crucifixus est homo noster, ut destrueretur corpus peccati*, censet statuam à Nabuchodonosore erectam, & à panno comminutam esse corpus peccati. Hoc quid sit, & quomodo per Christum sit prostratum, sic docet. [Quid ergo dixerim corpus peccati? hoc meritò dixerim, imaginem quam impexit & confregit lapis excisus de monte sine manibus: cuius caput aureum; & cæterorum membrorum, fuisse describuntur quædam ex argento, quædam ex ære, quædam ex ferro, quædam ex luto & ferro. Caput est, malitia, quam superius saporem diximus mali. Vnde & per aurum exprimitur, quo nimirum Sapientia in scripturis designatur. Medium verò corporis, id est, pectus & brachia, ex argento fuisse memorantur. Argentum est lucidum & sonorum, cuius sonorus demulcet auditum, & claritas visum oblectat. Vnde per visum curiositas designatur, quæ in his duobus sensibus, visu videlicet & auditu, maximè viget, quia per ipsos, vtpotè principales corporis fenestras, mors crebrius & leuius intrare consuevit ad animas nostras. Per ventrem autem & femora (vbi libido dominatur,) designatur voluptas: quæ ex ære fuisse describuntur, quod similiter lucidum est & sonorum: quoniam eò vique malitiæ rabies incanduit, ut flagitiosi & coinquinati homines, non solum in spurcicia delictari, sed etiam in infamia consueverint gloriari: vtpotè qui lantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Vnde prano suo exemplo, corrumptunt & eos qui longè, & eos qui propè sunt: proximos videlicet mala conuersatione, remotos autem mala conuersationis opinione. Illorum oculis lucentes, istorum auribus insonantes. Tibiæ quæ molem sustinent corporis, ferreæ dicuntur. Squama squamæ coniungitur, & totam sustinet machinam peccati praua & more ferri indurata voluntas. Quare enim peccas? Quia nescis, quid facias? Absit. Quia cogitis ut facias? Absit: Sed quia placet ut sic facias. Imbatum ergo & suffocatum veneno diaboli voluntatis desiderium, fomes sceleris, & virus flagitij solum est, quod obturat aures, ut non audiant vocem incantantium & veneficij incantantis sapienter. Per pedes, quorum pars quædam erat ferrea, quædam fictilis, opera signantur tenebrarum, quibus ad notitiam peruenit hominum. Lutum & ferrum bene sibi nimirum non coherant. Per lutum, opem immunditia; per ferrum mentis pertinacia designatur. Quæ licet ad horam coniungantur, diu tamen coherere non possunt. Ducis siquidem in bonis dies tuos, sed in puncto descendens ad inferos. Lapis ergo prius pedes comminuit, quia fortitudo & firmamentum nostrum Iesus Christus, dat denique voci suæ vocem virtutis. Vnde tonitruum vocis eius factum in virtute, interiora concauit, & per timorem, mentis perniciam frangit.

Deinde à vanitate sæculi peccatore auulso, opera destruit per confessionem. Bona consequenter desideria immittendo & ea in bonis adimplendo, sanar voluntatem. Atque sub iugo disciplinæ obrutando aures ne audiant sanguinem, claudendo oculos ne videant malum, expellit curiositatem. Et sic ad vltimum sapiens & placens homo Deo, caput aureum statuæ confringit, dum saporem mali (quem malitiam diximus) à præcordiis animæ, penitus auellit. Hæc interpretatio eo magis placet, quo congruentior est illi Danielis de Christo sententiæ, venturum Christum ut destruat & finem accipiat peccatum.

*Statuæ obtrita de orbe interpretatio, eodem renouitur.*

414. Non repudio tamen illam plurimorum interpretationem literæ satis coherentem, quæ fert, Christum omnia regna comminutum & sibi subiecturum. Prosper scitè eam tradit p. 2. de promiss. cap. 3. [Quatuor regna in quatuor metallis è quibus statuæ formata ante faciem eius aderat. Mundo exurgere caput aureum, ipsum esse babylonicum Orientis: Pectus & brachia eius argentea, Macedonum Septentrionis: Venter & femora ærea, Punicum Meridiani: Cuius ferrea & digiti pedum partim ferrei, partim fictiles, vltimum Romanum, videlicet Occidentis: sicut & vir eruditissimus Orosius Historiographus posuit. Quod regnum tanquam ferrum comminuit omnia, & domuit. Christi quoque regnum subiungit Daniel, in lapide abscisso de monte sine manibus coincidentius, tanquam, *sine manibus completentium*. Deum hominem ex Virgine natum. Qui cum illam statuam percussisset, omnes eius partes redegit in puluerem; eoque auferens spiritus ventri, locus eius inuentus non est: ipsum autem lapidem, qui percussit statuam, factum esse montem magnum & implese omnem faciem terræ. Vacuatis enim omnibus regnis, regnum Christi Domini exurget, quod nulli alteri populo relinquetur, quoniam permanebit in æternum. Hoc nunc orando, omnis eius petit Ecclesia, cum dicit; *Adueniat regnum tuum.*] Præiunxit S. Augustinus. Item 12. ex 40. nouis, his præter cætera. [Vidi, dixit Daniel.] & ecce lapis abscissus de monte sine manibus. Non hoc dicit, *sine manibus erat lapis ille*; sed sine opere humano præcisus lapis de monte. Non humanæ manus accesserunt, ut lapis de monte præcideretur. Nouit charitas vestra, quia non præcedunt lapides de monte nisi accedentibus manibus humanis. Ille autem præcisus est de monte sine manibus: & venit, & confregit omnia regna terrarum. Nescio si versatur ante oculos vestros nisi Christus, de quo dictum est, *Adorabunt cum omni Reges terræ*. Ipse confregit omnia regna terrarum. Superbus Rex ante se nullum regem vult habere. Modò omnes reges Christum habent regem. Et quiddidit iste. *Creuit lapis ille, & factus est mons grandis, ita ut impleat vniuersam faciem terræ*. Iam puto, quia agnoscitis Christum. Præclarè omnino hanc statuæ per lapidem Christum contritionem, prosequitur Philippus Abbas in calce commentariorum in Cantica; sed quod fusa admodum sit eius oratio, tempero eius excriptione.

Hanc interpretationem probè coherere cum ea quæ præmissa est, & statuæ comminutionem, refert ad corporis peccati, nominationemque Idololatriæ euersionem, liquet ex iis quæ inferius subiicit S. Augustinus: nimirum lapidem hunc regna omnia comminuisse, idem esse quod lapidem angularem subegisse regna Daemonum, & omnes Reges quatenus latane mancipatos humiliaffe, ac in sua iura transcripsisse. Quid quod omnia temporaria regna, omnesque principatus eò tendunt ex sua institutione, ut animarum æternæ salutis prospiciatur: quod peccatorum, eliminatio,







Virgo peregit tempora pariendi : virga autem non habuit tempora germinandi. Virgo habuit tempora pariendi, virga autem alio die, quod natura non habuit, protulit. Illa enim decursis nouem mensibus peperit, virga alia die quod natura non habuit germinauit. Virginem, dicit Iudæus, parere natura non patitur, Deus enim qui innumeris mirabile signum ostendit contra naturam, vt alina loqueretur, ipse mirabilius facere voluit, vt Christus de Virgine nasceretur. Rursus paulo post. [Virga illa (vnde agebamus,) Aaron, Virgo Maria fuit, quæ nobis Christum verum Sacerdotem concepit & peperit, de quo Dauid cecinit, *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Superiori namque versu iam dixerat, *Virgam virtutis tuæ, emittet Dominus ex Sion*. Et Esaias propheta aperit Mariam Sanctam designat dicens, *Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia & intellectus*. Quod ergo hæc virga nubes produxit, imago Domini corporis fuit.]

418. Veniunt in eandem sententiam, & virgæ Aaronicæ de Deipara interpretationem, complures alij è Patribus. S. Cyrillus Catech. 12. confutans Iudæum nati è Virgine Christi inficiatorem. [Virga Aaron, quod reliquæ arbores per annos plures faciunt, hoc per vnā noctem fecit. Quis enim nescit, quod virga cortice destituta, etiam si in medijs fluminibus plantetur, nunquam florebit. Sed cum Deus non naturam arborum sequatur, verum naturæ est factor, etiam infuata siccaque virga, & sine cortice effloruit, & nucum fructum protulit. Qui igitur virgæ, propter typicum summum Sacerdotem præter naturam fructum tulit : nunquid virginis, & verum Sacerdotem summum pareret, hoc non conferret.]

Pulcherrimè S. Bernardus hom. 2. super missus est, varia Deiparæ in Scripturis symbola profertens, hæc addit inter cetera, cum deuenit ad virgam Aaron. [Quid rogo virga Aaron florida, nec humectata, nisi ipsam concipientem, quamvis virum non cognoscentem? huius magni miraculi maius mysterium Esaias edisserit, dicens, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*, Virgam, Virginem; florem, Virginis partum intelligens. Sed si tibi quod nunc in flore Christi intelligi dicitur, superiori videtur aduersari sententiæ, qua non Virga flore, sed floris fructu designari dicebatur; noueris in eadem Aaronicæ Virgæ, (quæ non solum floruit, sed & fronduit, & fructum emittit, non solum flore vel fructu, sed ipsi etiam frondibus, eundem significari. Noueris & apud Moysen, nec fructu Virgæ, nec flore, sed ipsa Virga demonstrari. Illa vtrique Virgæ, qua feriente, aqua vel diuiditur transiit, vel de petra excutitur bibituris. Nullum autem inconueniens est, diuersis rebus, diuersis ex causis Christum figurari : & in Virga quidem potentiam, in flore verò fragrantiam, in fructu autem saporis dulcedinem : in frondibus quoque seculam eius intelligi protectionem, qua videlicet paruulos de se confugientes sub vmbra alatum suarum protegere non desinit, siue ab æstu carnalium desideriorum, siue à facie impiorum qui eos afflixerunt. Bona & desiderabilis vmbra sub alis Iesu, vbi tutum est fugientibus refugium, gratum fessis refrigerium. *Miserere mei Domine Iesu, Miserere mei; quoniam in te confidit anima mea, & in vmbra alarum tuarum sperabo, donec irascatur iniquitas*. In hoc tamen Esaiæ testimonio, florem filium, virgam intellige matrem : quoniam & Virga floruit absque germine, & Virgo concepit non ex homine. Nec virga virorem floris læsit emissio, nec Virginis pudorem, sacri partus edictio.]

419. Posset non abs re, in eandem sententiam laudari Richardus Victorinus opusc. de comparatione Christi ad florem, & Mariæ ad virgam. Nam multus est in faciendâ B. Virginis conceptione cum virga : &

cum eam virgam & florigeram & fructiferam exhibeat, allusisse videtur ad typum in quo versamur. Sed quod in actu (vt sic dicam,) signato, ad adducendo potius eius loco S. Ildephonsus serm. 6. de assumpt. Cuius tamen prius emendanda est immemoria, qua miraculum frondentis virgæ, differt in diem tertium : cum scriptura prodar id factum die secunda. Immemoria ingessisse videtur S. Ildephonsus quod S. Gregor. 14. Mor. cap. 29. florentem prius aridam Aaronis virgam adaptans Christo resurgenti, ait Christum virgam mysticam, triduo post reuixisse & floruisse quibus verbis S. Gregorius, non ad historiam sed ad inædicatam ei allegoriam respexit. Sed ad rem. [Quid aliud præsignabat (ait Ildephonsus) virga illa Aaron, quæ in tabernaculo Domini posita, tertia die inuenta est geminasse? Iamque dilatatis folijs eruperant flores, qui turgentibus gemmis in amygdalis deformati sunt. Virga ista, sacra est Virgo Maria, quæ neque sata, neque radicata, sine vlllo cultore, tertio die, hoc est tertio seculi tempore sancto Spiritu est fecundata, nobisque Deum genuit & hominem Christum : cuius vtraque substantia, bene per amygdalam est figurata.]

Vigiliis pulchrè typum quem prosequimur proposuit l. 3. contra Eutychem non multum ab initio, sic scribens. [Si generis suæ naturæ germina & fructum propriæ qualitatis ex se ligna producant, non dubium est, Iesicæ radicis Virgam, beatam videlicet Mariam, naturæ suæ germen, id est, Dominum Iesum ex suæ carnis materia protulisse. In cuius inclyti Sacramenti mysterium, sacerdotis Aaron virga, absque opere & subsidio terteni cultus, absque consuetis & legitimis coralibus ministerij alimentis, in tabernaculo federis posita germinauit, manifeste satis & apertè designans indicio, Mariæ Virginem absque terreni, id est homini feminis officio, Christum Dominum paritaram. Quod & in Daniele certo futuri mysterij præstigio demonstratur, dum sine manibus excidi lapis de monte videtur, id est Christus sine humani coitus opere, de Virginis corpore nasciturus ostenditur. Quis tam stolidus, acque mentis erit alienæ vt lapidem credat de monte sine manibus excisum, & non credat Christum de corpore Virginis sine semine natum, cum Magis illud tantummodò visum, hoc autem veracissimè factum fuerit, quia vt crederetur quod mirabiliter futurum erat in Christo, mirabilis eundem facti præcessit imago, vt sicut lapis sine manibus excidi de monte, & sicut Virga germinare potuit sine cespice, ita Christus de Virgine nasci potuerit sine semine. Quod etiam Iacob in suis benedictionibus declarat, dum sub persona Iudæ, prophetiam appellat, & dirigit in Christum dicens, *Ex germine filii mei, ascendisti*. Non ait *ex semine*, sed *ex germine*, illius sine dubio Virgæ, quæ de Iesicorta radice, nouo miraculi genere, Christum Dominum germinauit.] Denique Bruno in allegorijis Tilmanni in cap. 2. 5. Exodi, virgam Aaronis ex arida florentem interpretatur B. Mariam, quæ arida & sine semine peperit Dei filium. Scantem similibus Virgæ Aaronicæ ad Deiparam accommodationibus, scripta sanctorum. Idem perpulchrè habet Philippus Abbas l. 1. in Cant. c. 6. [Noctis (inquit) virgam Aaron aridam, die altero fronduisse, & fomentis naturalibus non adiutam, nubes nouitate mirabili protulisse : In qua noli dubium quin rectitudo Virginis figuretur, quæ stupente natura, virum nesciens, ad pariendum filium promouetur.]

*Eiusdem Virgæ Aaronicæ, adiuncta omnia in Christo.*

240. Quando igitur virga Aaron tam bellè Deiparam adumbravit, age tria illa quæ dixi, in Deipara Christum concipientem consideremus : emissionem inquam frondium,



fructum, florum, & fructum. Delineatam esse his omnibus Christi ex matre incoquinata productionem, certum est. Nec est quod quis miretur, tam varia tantque sciunda symbola de eadem re accipi, & Christum ex matre prodentem incorrupte, germen, & fructum, & florum, & florum, & fructum dixi. Nihil enim interest, (ait Guericus serm. 2. de annunc.) (Sicce germinis, & fructum, aut florem dixeris, cum hæc omnia, immo infinita alia, vnus Christus sit. Res vna, sed multiformis floris, & virtutis vnus operatio multifida, qui si infinita nomina paupertas humani sensus, & sermonis, pro similitudine commendauerit, rei tamen implere significationem non poterit. Bene autem simul vocatur germen, & flos, & fructus, qui sine gradu profectus ab initio conceptus fuit, omni virtute & gratia in ipso exitit perfectus. In nobis enim, primum germen est, cum fides in confessionem protumpevol opus manifestum; postmodum flos, cum super profectum efflorescit iustificatio Dei, quodam (peccatis) decore viretum. Denum autem fructus, cum beatitudo faciat hominem consummatum. Quia ergo in Christo contrarium planè accidit; cuiusque flos & semel, inchoata procreta & consummata fuit perfectio, mentio typis illis, totidem in nobis status exprimentibus, delineata est cepta simul & perfecta Christi laudibus.

*Ac primum frondes.*

141. Frondes Virgæ, Verbum hominem factum,  
fædè exhibent. Quid enim homo nisi folium quod ven-  
to rapitur? Non scripturæ modo, sed & exterorum li-  
bræ, cum comparatione libenter vsurpant, quia hu-  
manæ naturæ labilitatem & caducitatem, commodè  
repræsentant. Pyrrhoni Academico, fuisse semper in ore  
verbum illos ex 6. Iliados, Laertius autor est.

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum:

Quorum hac, ventus humi fundit; rursum illa viresce  
Proferi sylva, simul veris iam afflauerit aura.

Et Adilophane hæc profert Clem. Alexan. 4. Ström  
etp. 4. [Agrie obfcure vitæ homines, generationi fo-  
biliorum fimiles, reddicilli, cere figmenta, foliorum in-  
vibras reddentia, enanidi, involucre, vnius tan-  
tum diei vitam habentes.] Itaque folium aptiffimè ex-  
hibet hominam conditionem, & noftræ naturæ fia-  
gilitatem.

To vique demisit se Deus nostri causa, id est quod  
 paulo ante ex Bernardo audisti, vt et nobis ab actu  
 vanae vultus, & ad concupiscentiarum ardoris regere-  
 rentur, rotaeque naturae nostrae a gehenna inflama-  
 re, sub his folijs temperatio accederet. Est plan-  
 tiolum quod nunquam desinit, vt habet Psal. 1.  
 Item locum de Christo accipit ibi S. Chrysostomus.  
 Nunc minus perspicue Apocal. 22. folia Christi dicun-  
 tur esse ad sanitatem gentium. De eo namque intelli-  
 ges et verba, Ansbertus, Richardus, Rupertus, Io-  
 achim Abbes, & complures alij. Sunt autem ad sani-  
 tatem gentium, id est ad conciliandam orbi vniuerso  
 rem, frondes peccatorum, & curationem a malis om-  
 nibus, tandemque felicitatem in qua solalocum habet  
 vera fides, dico in Morale dist. 1. n. 260. Hæc sunt  
 hæc Christi folia, ad quæ Ethnicos ab Origene invita-  
 tos prociat Epiph. heresi 64. initio. [Tempore quodam  
 (inquit) deserunt ipsum Græci, & ad ascensum simulach-  
 ri. Serapij appellati, locatum, inferunt frondes  
 palmorum portigere his qui ad nefarium opus & ado-  
 rationem simulachri accedebant. Talem enim habi-  
 tuum, ferunt sacerdotes eius simulachri. Ipse vero acce-  
 pit frons frondibus, magna voce ac confidenti mente, nihil  
 timens, neque hæsitans, clamabat dicens: Venite ac-  
 cipite non frondes simulachri, sed frondes Christi.]

*Item flores.*

421. In flore, qui cum frondibus ex Virga progeminat, Christum ex matre Virgine editum insinuari, multa demonstrant. Neque enim ad æternam generationem placet recurrere cum S. Dionysio cap. 2. Diu. Nom. parte 1. *sub flore*. ubi Filium & Spiritum sanctum vocat, *germina plâta diuinitis & veluti flores, ac super, substantia luma*na; sed sitis in productione temporalis, secundum quam, Verbum est homo. At quid homo, iuxta frequentissimum scripturatum & profanorum etiam auctorum vsum, nisi flos? Legendus qui elegantissime id verbat S. Basilii hom. g. hexæm. & S. Gregorius 11. Mor. cap. 27. circa illud, *homo natus de muliere*, quasi flos egreditur & conuertitur. Perpulchre Clem. Alexand. 1. Prædiag. cap. 8. liberos ex coniugio existentes, vocat [matrimonij] flores quos quidem carnalium pratorum diu nos colligit agricola. Itaque Christus homo, scilicet flos in specie exhibitus est.

Boque spectavit diuinum consilium vt Christus conciperetur in Nazareth, quod nomen interpretatur *flor*, ait S. Bernardus hom. 1. super missus est addens flores Christi fuisse anteriora illa Christi prænancia signa atque ænigmata, quæ Christo fructu sublimi adueniente, decidunt et auerunt. Decidit enim et emarcuit vniuersa Hebræe gentis ac religionis speciositas, Christo prodente. Non incommoda interpretatio. Sed illa commodior, vt flor sit ipsemet Christus, qui [vultu concipi flor in flore, intra forem, id est intra Nazareth quod interpretatur *flor*, vt fieret ipse flor] flores, hoc est *Nazarenus*. Concordant omnia *flori*. Concipitur flor manens in flore hoc est in Nazareth. Verba sunt autem tractatus de pass. Dom. sub imagine vitæ vñ cap. 17. qui *florem celi*, (sic etiam loquitur de Dei verbo,) *flori* terreno subitancie Beatissimæ Virginis illatum, ploribus prosequitur.

Non defuerunt qui Christum alia ex causa Nazarenum dictum, censuerint: Nimirum à legali Nazareæto, quo perfungunt Christum existimant. Videturque eis suffragari illa notatio nominis Hebraici *Nazàrenus*, à separatione, grauius plerique auctoribus arctidius: vt Hieronymo, Eusebio, Nazianzeno quos adducit Toletus in cap. i. Lucæ annot. 50. Nazareni quippe legales, ob insignem sanctimoniam, separati erant à vulgo Hebræorum. Astruunt eam Hebrææ vocis notationem, qui volunt eam vocem Hebræicè scribi per *Zain*, vt Hieronymus à Rûa Contron. 4. posuit, & Leo Castrius Isaïæ 11. Vbi Cornelius quosdam verum i. testatur, se cum curiosè scrutatus esset titulum Christo pendenti superpositum qui in æde S. Crucis in Ierusalem Romæ asservatur, deprehendisset, vocem *Nazàreni* in eo titulo, per *Zain*, scriptam positius videri. Et non esset quidem difficile monstrare, quæ ratione Christus, attenta hac vocis illius notatione & notione, dici poterit *Nazàrenus*, vel *Nazarenus*: Fuit enim verè separatus, non modò à vulgo Iudæorum, sed ab omni planè cœtu creaturatum, tametsi sanctissimorum. Egregiè omnino de Christo Nazareo, iuxta hanc vocis notionem ac ethymologiam, describit Rupertus in cap. 2. Matthæi, ad illud. *Quoniam Nazarenus vocabitur*. Ibidemque, verba illa Iacobi Genes. 41. de benedictionibus & suis & antiquorum omnium Patrum prolata. *Fiant in capite Ioseph & in vertice Nazaræi inter fratres suos*, nec non ritus omnes legalium Nazarenorum, Christum respexisse confirmat; quo ipso satis insinuat legalem Christi Nazarenatum, qualem pro Deipara asserere nititur Baptista Poza l. 1. Elucid. tract. 7. cap. 10

43. Reuera tamen non fuisse Christum legalibus Nazareis annumeratum, verisimilius apparet: Idque longa disputatione cuincit Alfonso Mendoza q. 5. positiva à num. 9. qui contendit, Christum dictum esse

Ll 2

Nazarium

*Theoph. Raynandi Christus.*



Nazareth à patria Nazareth, vel à florulentia, quam fert nomen *Nazareth*. Vnde eam vocem Hebraicè, asserit scribi per *Tjade*; quod alij item plerique tradunt, & nominatim Viegas in c. 11. Apocal. comment. 3. lect. 22. & Barrad. t. 1. lib. 10. cap. 11. Multus etiam est in ea vocis ethymologia vindicanda Toletus in cap. 1. Lucæ annot. 50. Ratio quoque aperte, legalem illam Christi Nazarethum refellere videtur. Christus enim, prudentissimè, communem vitæ formam delegit, ut omnibus omnia fieret. Videndus D. Thomas 3. p. q. 40. *serè per terram*. Atqui si Nazarethum legalium institutum suscepisset, non seruasset communis vitæ tenorem. Quid quod & vinum bibere solebat, vnde ab impijs criminatoribus, vini potator audiuit, & passim accedebat ad vitæ functos, quæ duo legales Nazarethi omni studio vitabant? Itaque Christus non est dictus *Nazarethus*, aut *Nazarenus*, quod Nazarethum legibus institutisque astringeretur; sed vel ab habitatione diuturna in vrbe Nazareth, quæ est Abulensis sententia in c. 13. Math. 9. 79. vel certè à florulentia, nomine Nazarethi expressa, iuxta vocis huius notionem, quam aiebà fuisse probatà auctori tractatus de pass. apud Bernardum. Indubitatus Bernardus idem pro more mellitissimè prosequitur ferm. 2. de aduentu. his præter cætera. [Virgo Dei genitrix, virga est, flos filius eius, flos itaque filius Virginis, flos candidus & rubundus, electus ex millibus. Flos in quem prospicere desiderant Angeli, flos ad cuius odorem reuiuiscunt mortui: & sicut ipse testatur, flos campi est, & non horti. Campus enim sine omni humano flore ad miniculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, non impinguius fimo. Sic omnino, sic Virginis alius floruit, sic inuoluta, integra, & casta Mariæ viscera, tamquam palcos aeterni vitoris, florem protulere, cuius pulchritudo non videat corruptionem, cuius gloria in perpetuum non marcescat.] Copiosius idem tradit ferm. 47. in Cant. vbi de Christo flore campi, nec sulcati vomere, nec defossi sarculo, nec fimo impingui, nec manu hominis seminati: quod est alijs verbis idipsum dicere quod nos de flore è virga non humecta, subito & citra omnem humanam operam prodeunte proposuimus, consentaneè ad ea quæ de hoc flore è deserto prodeunte, dixit S. Hiero. in Epitaphio Lucinij Boetici *initio*. Sed præstat in virga flore sistere.

Virgo Dei genitrix, (inquit Richardus Victor. O. puls. de virga & flore ad Mariam & Christum collo. tis,) virga est, flos filius eius: O quam benè quam rectè flos dicitur, qui ex Virga Virginali producitur. Quid flore tenuius, qui flore tenerius? Quid ad tactum lenius, quid ad portandum leuius? quid flore formosius quid flore fragrantius, quid flore fructuosius si esse? tum attendimus? In flore namque mellificatio, ex flore fructificatio. Ex flore itaque, fauus & fructus. In fauo mel & cera: in fructu potus & esca. Si parua sunt ista, adde quia & in flore est medicina. Quid namque flore tenuius cum astringitur? quid tenerius cum attritur. Quid lenius cum attritur? quid leuius cum portatur? quid speciosius cum aspicitur? quid fragrantius cum odoratur? quid vilius, si effectus attenditur? Septem itaque sunt quæ in flore miramur: tenuitatem, teneritudinem, lenitatem, leuitatem, pulchritudinem, odorem, vilitatem. Ex his itaque collige, Virginis ille filius, qualis inuenitur ab illis quibus in florem vertitur.

424. Eodem serè modo Orig. t. 1. in Ioan. *sub finem*. Christum quibusdam florem esse dixit, alijs virgam. Nam de Christo accipit illud, *visitabo in virga iniquitates eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eis*. His igitur qui seruantur, florem esse Christum dicit, suauissimum & fragrantissimum: pereuntibus verò, virgam qua cortipiantur, & conterantur. Hanc ex Origene doctrinam, expressit aperte S. Augustinus in cal-

ce sermonis 99. de temp. Quamquam magis probat Origenes, ut dicatur; iidem Christum virgam esse ac florem; quod non aliud sit flos, quam virgæ extremitas: ac proinde stauit, Christum florem esse, quatenus non intra primum saeculum statim mansit apud Deum vbi in principio erat, sed à seipso quadantenus egrediens, factus est Verbum homo; quod Origeni est. Virga florem ascendere. Sic igitur ortus est Christus *flos florum*, prout eum nominat Petrus Damiani ferm. 1. in fine, & floruisse in prima sua generatione Christum monstrat, quod in secunda dictus est resurrexisse: Expendit id per pulchrè S. Maximus hom. 5. de Pasch. in fine. [Depositis (inquit) corruptelæ corporalis exuijs, rediitua carnis assumptione resurrexit, sicut ipse ait per Prophetam; *resurrexit caro mea, & ex voluntate mea cõfitebor illi*; Resurrexit (inquit) caro mea. Videte quo verbo vsus est. Non ait *floruit*, sed *resurrexit*. Non enim resurrexit, nisi quod ante floruerit. Floruit autem caro Domini, cum primum de Mariæ Virginis illibata vulua processit. Sicut ait Esaias dicens: *Exiit virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendit*. Resurrexit autè, cum fuscio per Iudæos corporis flore, rediitua de sepulchro resurrectionis gloria germinauit, & in floribus modum, odorem pariter & nitorem cunctis hominibus immortalitatis afflavit: odorem bonorum operum suauitatem circumferens, nitorem & incorruptelam perpetuæ diuinitatis ostendens.] Floruit igitur Christus in effusione ex matre, tuncque se prodidit *florem ex flore*, ut pulchrè loquitur Guericus ferm. 1. de Nati. Virg. in fine, natus de Virgine Virgo. Eodem refertur ritus sacer rosæ aureæ; nam quamuis sunt alie præterea causæ ritus illius quas sigillatim persequitur Innoc. v. 1. ferm. 2. de Domin. 4. Quadrag. & illustrare licet ex alijs qui eum ritum attingunt vel explicant, ut Blesensis ferm. 13. Rupertus 4. de offic. c. 13. Durandus Miniat. lib. 6. Ratim. cap. 53. Gregorius 1. de benedict. cap. 40. tamen præcipua ratio est, ut exprimat Christus flos, ut egregiè declarauit Alexander 3. epistola ad Regem Francorum quam Gregorius supra exhibet, & Picardus in Notis ad lib. 3. Neubdg. c. 4. & idcirco ait Alexander (quod Innocentius quoque non omisit), hunc florem florem balsamo iungi & musco tиро perfundi, ut significetur triplex Christi substantia; Verbum, corpus, & anima. Sed de eo tunc alibi diligentius.

#### Commoda à Christo flore.

425. Quanta nobis ex hoc flore bona adueniunt, nullus sermo assequatur. In primis enim odorem notitiæ Dei mundo intulit, quod S. Cyrillus I. de fide ad Reginas, infert ex illis Apostoli verbis 2. Cor. 2. *Deo autem gratia, qui semper triumphat per nos in Christo, & odorem notitiæ manifestat per nos in omni loco: quemadmodum Christi bonus odor sumus Deo in his qui saluati sunt, & in his qui pereunt; alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vite in vitam*. Exclamat ad hæc verba S. Cyrillus [Et quomodo Christus non est Deus?]; si enim inhalat nobis patris cogitationem, estque odor notitiæ Patris, eiusque verè fragrantia, necesse planè est esse Deum, in flore humanitatis tam cœlestem afflantem odorem. Quemadmodum enim humanitatis fragrantia hominem significat, ita etiam odor Deitatis, eiusque inhalatio Deum. Hæc est S. Cyrilli ex illis Apostoli verbis ratio, quæ insigne floris nostri commodum exhibet, nempe illatam ab eo in orbem notitiam Dei. Vltiora bona ex Richardo licet petere, citato proxime libello. [Qui incredulis (inquit,) & præuicatoribus est lapis offensionis, & petra scandali, flos est, spe & amore inhaerentibus illi. Flos vtique mirabilis, spe & vilitate singularis, flos inquam est filius Virginis. Flos tenuis, ad indignationem, tener ad miserationem, mansuetudine lenis, damnatione leuis, pulcher per conuersionem



testationem, fragrans, per repromissionem, viles per remissionem. Est ergo tenuis in flagellis, tener in misericordia; lenis in donis, lenis in præceptis, pulcher in exemplis, fragrans in promissis, fructuosus in præmiis. Hic flos, factus est nobis medicina: ex illo mel & cera, in ipso potus & esca. Medicina in redemptione, potus & esca in iustificatione, mel & cera in glorificatione. Ex hac medicina, sanitas sempiternæ incorruptibilitatis. Ex eius esca, refectio internæ salutis. Ex eiusmodi potu, ebrietas æternæ securitatis; de illius cera, splendor summæ claritatis, in eius melle, dulcor indeficientis felicitatis.

Non est quod vicius floris huius vitilitas propheatur. Vides enim venisse nobis omnia bona pariter cum illo, & æterni floris (quo nomine Christum vocat Ambr. Leusan. hom. 6. de Deip.) æternam esse fragrantiam, nonquam intermoriatur. Quamquam spectasse potius videtur Ambr. deus, perennem floris nostri speciositatem, & iugem odorem, etiam in cruce, quod Ambrosius 1.2. de Spiritu Sancto cap. 5. verbis his demittit. [Opus ergo spiritus, virginis partus est: opus spiritus, fructus est ventris, secundum quod scriptum est benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Opus spiritus, flos radicis est. Ille, inquam flos, de quo bene est prophetatum. Erit virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet. Radix Jesse Patriarchæ famulus Iacob; virga Maria, flos Mariæ Christus, qui bonum odorem fidei toto sparsit orbe, virginali ex utero genuit, sicut ipse dixit: Ego flos campi & lilium convallium. Flos odorem suum succisus reservat, & contritus accumulat, nec aulius amittit. Ita & Dominus lesus, in illo patibulo crucis, nec contritus emaruit, nec aulius enavit, sed illa lanceæ punctione flocus, sacro speciosior fusi coloris cruce netavit; non ipse nescius, & mortuus æternæ vitæ munus exhalans. In hoc igitur spiritus sanctus virgæ regalis flore requeat.]

#### Fructus virgæ Aaronicæ, Christi aptati.

426. Extremum quod in virga Aaronica considerandum proposueram, fructus est qui ex ea germinavit. Verè ac propriè cadere in Christum nomen fructus, eo quod in illum omnis apparatus anteriorum legum referebatur, ibique desinatur, æquè ac in fructum tradunt quæcumque alia fundit planta, S. Bernardus egregie prosequitur hom. 1. super missus est, ex quo etiam insignis & planè mellitissimus locus suppetit (hom. 3. eiusdem argumenti,) de huius fructus benedictionibus. Alloquens enim Deiparam, & librans illa ad eam Gabrielis verba, benedictus fructus ventris tui, sic excutit in huius fructus benedictiones. [Non quia tu benedicta, idè benedictus fructus ventris tui, sed quia ille te prævenit in benedictionibus dulcedinis, idè tu benedicta. Verè etenim benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes, de cuius plenitudine tu quoque accepisti cum cæteris, et si distantes cæteris. Ac propterea quidem benedicta tu, sed in mulieribus: Ille verò benedictus, non in hominibus, non inter Angelos, sed qui est ut ait Apostolus, super omnia Deus benedictus in secula. Dicitur benedictus vir, benedictus papis, benedicta mulier, benedicta terra, vel si quid tale in creaturis benedictum esse memoratur; sed singulariter benedictus fructus ventris tui, cum sit super omnia Deus benedictus in secula. Benedictus ergo fructus ventris tui; Benedictus in odore, benedictus in sapore, benedictus in specie. Huius odoriferi fructus fragrantiam, sentiebat qui dicebat, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, qui benedixit Dominus. An non verè benedictus, cui benedixit Dominus? De sapore huius fructus, quidem quod gustaret, taliter eructabat dicens, Gustate & videte, quod

Toeph. Rayn. Christi.

nia suavis est Dominus. Et alibi: Quam magna multitudo dulcedinis tue Domine, quam abscondisti vimentibus te. Et alius quidam, si tamen gustasti, (inquit,) quoniam dulcis est Dominus. Et ipse fructus de se, invitans nos ad se: Qui edunt me, (inquit,) adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient: Vtique propter saporis dulcedinem hoc dicebat, qui semel gustatus, magis excitat appetitum. Bonus fructus, qui animarum esurientiam & sitientiam iustitiam, & esca, & potus est. Audisti de odore, audisti de sapore; audi & de specie. Si enim fructus ille mortis, non solum suavis fuit ad vescendum, sed etiam, teste scriptura, delectabilis aspectu, quanto magis huius vitalis fructus vinificum decorem debemus inquirere, in quem teste alia scriptura, desiderant etiam Angeli prospectare? Cuius pulchritudinem in spiritu videbat, & in corpore videre cupiebat, qui dicebat, Ex Sion, species decore eius. Et ne mediocrem tibi videatur commendasse decorem, recole quod in alio Psalmo legis, Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Benedictus ergo fructus ventris tui, cui benedixit Deus in æternum. Insignia sunt quæ idem Bernardus ferm. ad Milites Templi cap. 7. tradit de hoc fructu, ex flore antecrucis procreato, & odoratissimo, ac suavissimo.

#### Sive nuces fuerint, sive amygdalæ.

427. Verùm hæc generalia sunt, & ad Christum sub cuiuscunque fructus imagine adumbratum, æquè pertinentia. Hæc ergo potius in nucibus virgæ nostræ, frangentes (quod facere admonet S. Bernardus ferm. 1. in cena Dom.) nuces emissas è virga virtutis Domini. (Quod ergo hæc virga (inquit) S. Aug. ferm. 3. de temp.) nuces produxit, imago dominici corporis fuit. Nux enim habet trinum in suo corpore substantiam, unionem, corium, testam, & nucleum. In corio caro, in testa ossa, in nucleo interior anima comparatur. In corio nucis, carnem significat Salvatoris, quæ habuit in se asperitatem, vel amaritudinem passionis. In nucleo interiorem declarat dulcedinem Deitatis, quæ tribuit pastum, & luminis subministrat officium. In testa lignum interfrens crucis, quod non discrevit ut quod foris & intus fuit, sed quæ terrena & cœlestia fuerunt, mediatoris ligni interpositione sociavit, dicente beato Apostolo, quia ipse per sanguinem crucis suæ, pacificavit omnia quæ in celis sunt, & quæ in terris.]

Non absimiliter S. Paulinus Natali 9. S. Felicis, verbis illis.

Virga nucis Christus, quoniam in nucibus cibus intus,  
Testa foris, & amara super Viruli cute cortex.  
Cerne Deum nostro velatum corpore Christum,  
Qui fragilis carne est, verbo cibus & cruce amarus.  
Dura superficies, verbum crucis, & crucis esca est.  
Cœlestem Christi claudens in carne medullam,  
Sed cruce dulcis item, quia protulit arbore vitam  
Vita Deus noster: Ligno mea vita pependit  
Ut flaret mea vita Deo.

Nucem, hi Patres accepisse videntur, iuxta vulgatum votis usum. Id enim interit (iuxta Augustinum) testat nucis, lignum crucis, aperit insinuat, & concinnissimè explicat securus de more Augustinum, Prosper 1. p. de promiss. c. 10. adducendus cum de Christo, Rege per crucem. Alibi tamen peripicue S. Augustinus, nuces (quod habet vulgata editio,) interpretatur Amygdalas. Ita expressè habet ferm. 99. de temp. ilque secuti Patres alij, æquè in amygdala; præsignificatam agnoscunt Christi effectiorem; indeque obventuram mundo salutem. Profero vnum, aut alterum. S. Hildephorus ferm. 6. de Assumpt. agens de Virga Aaron, quam docet Deiparam Virginem adumbrasse, de fructu amygdalarum sic disserit. [Christi utraque substantia, bene per amygdalam est figurata. Amygdala namque,



ex carne, osse, & nucleo constat. Sic Deus & homo, in una persona est Iesus Christus. Et in amygdala quidē, caro exterior amarissima est; nucleus verō interior, vescentes grata dulcedine reficit. Sic & Christus, per humanitatem, passionis amaritudinem sensit: per diuinitatem, impassibilis mansit.]

Amedeus Lausan. hom. 1. de Deip. in fine, agens de contentis in arca, inter quæ erat virga Aaron quæ fronduerat, agnoscens eam esse typum Deiparæ, subdit. [Virga dicitur B. Maria, vt potē gratiosa, & recta; subtilis, & porrecta. Gratiōsa per vere cūmiliā & formositatem; recta per iudiciū & æquitatem; subtilis per contemplationis ingenium porrecta per vitæ meritum. Effloruit autem de Spiritu sancto, sicut virga Aaron floruit ex miraculo. Illa fructum protulit amygdalinum; ista & optimam protulit amygdalam, habentem nucleum & testam, nucleum, vt reiciat; testam, vt contegat. Nucleum in diuinitate, testam in humanitate. Vis nosse nucleum? Audi, quia in principio erat Verbum Testam nosse desideras? Audi, quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vides ergo quia nucleus in testa, Verbum est incarnatum. Et quoniam testa corticem etiam habet, corticem intellige in carnis amaritudine, testam in resurrectione, nucleum in Deitate. Cortice Christus nos sanat, testa corroborat, nucleum pastum æternum administrat. Hoc nucleum, hoc verbum, inter vtrumque nos illuminet, & vsque in cubiculum Genitricis suæ nos introducat.]

En igitur Christum fructum speciosissimum, de quo scit Chrysost. in Psal. 1. [Floruit in Patriarchis, genuit in Prophetis, dedit odorem in aduentu, maturuit in passione, comeditur post resurrectionem. Gustate ergo & videte quā sit suavis, quā solidus, quā floridus, quā omni specie ac decore plenus. Hunc fructum nos quoque decerpamus.]

*Aly eiusdem Aaronice virgæ fructus, dimissi.*

428. Poterant & inter huius virgæ fructus referri, insignes quique effectus, à celebratissima Aaronis virga editi; qui omnes in Christum cadunt. Hanc

sanē virgam, quæ postea fronduit, & torque incarnati Verbi mysteria quæ hactenus profecti sumus, præfigificauit, fuisse illam ipsam quas prius ē manu Moysis emissa in colubrum versa est, & alibi rupi aquas elicit; torque mirabilium patrandorum organum fuit, Rupertus (cite considerauit l. 4. in regul. S. Bened. c. 4. Hinc quanta leges insignium symbolorum ad exponendam Christi effectiōnem & eiusdem effectiōnis finem? Versiōnem sanē virgæ in colubum, adumbrasse Verbi Dei corporatiōnem, Eucherius hom. 3. de Pasch. perpulchrè profequitur & longè ante S. Iren. l. 3. c. 29. vbi præmissa ea Incarnatiōis imagine quæ Dan. 2. proponitur, lapidis scilicet sine manibus excisi, subdit. [Propter hoc & Moyses ostendens typum, proiecit virgam in terram, vt ea Incarnata, omnem Ægyptiorum præuaticationem quæ insurgebat aduersus Dei dispositiōnem, argueret & absorberet, & vt ipsi Ægyptij testificarentur, quoniam dignus est Dei, qui salutem operatur populo & non Iosephi filius.] Multos ibidem in eam sententiam annotat Ferrardentius, quibus addendus S. Cyrillus lib. 2. de ador. & qui hunc locum & alia pleraque de Christo per virgam expresso, addens Ambrosius in conspectu cum Serapione lib. 1. sub finem. Consulto tamen abstineo ista expatiatione, quod non spectet ad virgam Aaronis prout frondentem, quod est effectiōnis ac finis Christi symbolum, in quo nunc versamur.

#### *Vsus doctrina.*

Quare his dimissis, vsum potiùs doctrinæ proposuimus, quem petere licet ex Origene hom. 2. in Psal. 38. sub fin. vbi incidens in virgam nucem, Hieremias per visum obiectam, considerat non abs. re. vna cum virga nucis, exhibitum esse cacabum: vt discamus qui virgam oblatam non apprehenderint, nec per eam à malis auerſi, profecerint in bono; qui inquam Christo non adhaeserint, & in eo semper prouchi ad vltiora fatigerint, tradendos fore in cacabum flammæ, luituros focordiam.

